 30 αἰχμαλώτους ἐν ταῖς ἰσραὴλ αὐτῶν βίβλοις γεγραφθαι,
 31 λέγων ὁρθῶς. καὶ γὰρ τοῖς ἀνωτάτω προγόνοις ἡμῶν τὸ
 32 ποιμαίνειν πάτριον ἦν, καὶ νομαδικὸν ἔχοντες τὸν βίον, ὥτως
 33 ἐκαλῶντο ποιμένες. αἰχμαλῶτοί τε πάλιν ἐκ ἀλόγως ὑπὸ
 34 τῶν Αἰγυπτίων ἀνεγρέφθησαν, ἐπειδὴ περὶ ὁ πρόγονος ἡμῶν
 35 Ἰώσηπος ἑαυτὸν ἔφη πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων αἰχ-
 36 μάλωτον εἶναι, καὶ τὰς ἀδελφὰς εἰς τὴν Αἰγύπτον ὕψτερον
 37 μετεπέμψατο, τῷ βασιλεῶς ἐπιτρέψαντος. ἀλλὰ περὶ
 38 μὲν τούτων ἐν ἄλλοις ποιήσομαι τὴν ἐξέτασιν ἀκριβεστέραν.

16. Νυνὶ δὲ τῆς ἀρχαιότητος ταύτης παρατίθεμαι τὰς
 Αἰγυπτίους μάετνας. πάλιν ἔν τὰ τῷ Μανιθῶντος, πῶς
 ἔχει πρὸς τὴν τῶν χρόνων τάξιν, ὑπογράψω. Φησὶ δὲ ὅτι
 17 μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τὸν λαὸν τῶν ποιμένων εἰς
 18 Ἱεροσόλυμα, ὁ ἐκβαλὼν αὐτὰς ἐξ Αἰγύπτου βασιλεὺς
 19 Τίθμωσις, ἐβασίλευσεν μετὰ ταῦτα ἔτη εἴκοσι πέντε

„ac reliqua Ægypto pulsos, vnum in locum inclusos esse
 „tradit, cuius ambitus decem iugerum millia contine-
 „ret. Auaris locus ille dicebatur. Hunc Manetho dicit
 „vniuersum a Pastoribus ingenti validoque muro septum
 „ac munitum, ut, quicquid sibi fortunarum esset ac prae-
 „dae, id omne tutum ac securum habere possent. At ve-
 „ro Alisfraginuthoseos filium Thummosin cccclxxx.
 „millium hominum exercitu muros obsedisse, atque
 „ipsum per vim expugnare conatum illum quidem; sed,
 „obsidionis exitu desperato, cum iisdem ea conditione
 „pepigisse, uti, Ægypto relicta, omnes quocunque vel-
 „lent sine villo suo detrimento comigrarent. Eos igi-
 „tur cum vniuersis familiis atque omni possessione sua,
 „uti per ictum foedus poterant, haud pauciores ccxl.
 „millibus ab Ægypto per solitudinem in Syriam toten-
 „disse. Quod autem sibi ab Assyriorum principatu me-
 „tuerent, (tum enim Asiam tenebant) in ea, quam hodie
 „Iudaeam appellamus, regione urbem aedificasse, quae
 „tot hominum millia caperet, eandemque Hierosolyma
 „nominasse.” In alio vero quodam de rebus Ægyptia-
 „cis libro Manetho dicit: „hanc ipsam gentem Pastores ap-
 „pellatam, captiuos in sacris suorum libris haberi;” id-
 „que recte. Nam antiquis progenitoribus nostris patrium
 „erat greges pascere: et pascualem agentes vitam, inde
 „Pastores vocabantur. rursusque captiui non temere in
 „Ægyptiorum libris dicti sunt, quoniam progenitor noster
 „Iosephus dixit ad Ægyptiorum regem, se captiuum esse,
 „et postea fratres in Ægyptum euocauit regis permissu.
 „Sed de istis quidem alibi inquisitionem faciemus diligen-
 „torem.

15. Nunc autem huius antiquitatis testes producam
 „Ægyptios. Itaque rursus ea, quae tradidit Manetho, ad
 „quod tempus referantur, subiiciam. Sic enim ait: „Post-
 „quam ex Ægypto egressus est Pastorum populus ad Hie-
 „rosolyma, qui illos ex Ægypto pepulit rex nomine
 „Tethmosis, postea regnavit annis viginti et quinque, et

„καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ ἐτελεύτησεν, καὶ παρέλαβε τὴν
 „ἀρχὴν αὐτῷ υἱὸς Χιβρων ἔτη δεκατρία. μεθ' οὗ Ἀμένω-
 „φισ εἴκοσι καὶ μῆνας ἑπτὰ. τῷ δὲ ἀδελφῇ Ἀμοσσης εἴκο-
 „σιν καὶ μῆνας ἑνέα. τῆς δὲ Μήφρης δώδεκα καὶ μῆνας
 „ἑνέα. τῷ δὲ Μηφραμῆθωσις εἴκοσι πέντε καὶ μῆνας δέ-
 „κα. τῷ δὲ Θωῶσις ἑνέα καὶ μῆνας ὀκτώ. τῷ δ' Ἀμένω-
 „φισ τριάκοντα καὶ μῆνας δέκα. τῷ δὲ Ωρος τριακονταεξ
 „καὶ μῆνας πέντε. τῷ δὲ θυγατρὶ Ἀνεγχεῖς δώδεκα καὶ
 „μῆνας ἓνα. τῆς δὲ Ράθωτις ἀδελφὸς ἑνέα. τῷ δὲ Ἀνεγ-
 „χεῖς δώδεκα καὶ μῆνας πέντε. τῷ δὲ Ἀνεγχεῖς ἑτεροὶς
 „ἡ δώδεκα καὶ μῆνας τρεῖς. τῷ δὲ Λεμαῖς τέσσαρα καὶ μῆνας
 „ἓνα. τῷ δὲ Ραμίσσης ἑνὶ καὶ μῆνας τέσσαρας. τῷ δὲ Ἀρ-
 „μίσσης Μιαμμῆ ἐξηκονταεξ καὶ μῆνας δύο. τῷ δὲ Ἀμέ-
 „νώφισ δέκα καὶ ἑνὶ καὶ μῆνας ἕξ. τῷ δὲ Σέθωσις, καὶ
 „Ραμίσσης, ἰππικὴν καὶ ναυτικὴν ἔχων δυνάμιν. ὅτος τὸν
 „μὲν ἀδελφὸν Λεμαῖν ἐπίτροπον τῆς Αἰγύπτου κατέστησεν,
 „καὶ πᾶσαν μὲν αὐτῷ τὴν ἄλλην βασιλικὴν περιέθηκεν
 „ἐξ ὧσιν ἄλλοι μόνου δὲ ἐνετέλατο διάδημα μὴ φορεῖν, μηδὲ
 „τὴν βασιλίδά μπερα τε τῶν τέκνων ἀδικεῖν, ἀπέχεσθαι
 „δὲ καὶ τῶν ἄλλων βασιλικῶν παλλακίδων. αὐτὸς δὲ ἐπὶ
 „τῇ Κύπρῳ καὶ Φοινίκῃ καὶ πάλιν Ἀσσυρίῃς τε καὶ Μήδῃς
 „ἡγετεύσας, ἅπαντας, τὰς μὲν δόρατι, τὰς δὲ ἀμαχητί,
 „φόβῳ δὲ τῆς πολλῆς δυνάμεως, ὑποχείριος ἔλαβε. καὶ
 „μέγα φρονήσας ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις, ἔτι καὶ θαρσαλέω-
 „τερόν ἐπορεύετο, τὰς πρὸς ἀνατολὰς πόλεις τε καὶ χώρας
 „καταστρέφόμενος. χρόνῳ τε ἱκανῷ γεγονότος, Λεμαῖς ὁ
 „καταλειφθεὶς ἐν Αἰγύπτῳ, πάντα τῷ μπαλιν, οἷς ἀδελφὸς
 „παρήκει μὴ ποιεῖν, ἀδελῶς ἐπραττεν. καὶ γὰρ τὴν βασιλί-
 „δα βιαίως ἔχεν, καὶ ταῖς ἄλλαις παλλακίσιν ἀφηνόως
 „διετέλει χρώμενος. περὶ δὲ τῶν φίλων διάδη-
 „μα ἔφορε, καὶ ἀντήρει τῷ ἀδελφῷ. ὁ δὲ τεταγμένος ἐπὶ
 „τῶν ἱερῶν τῆς Αἰγύπτου, γράψας βιβλίον ἐπεμψε τῷ Σε-
 „θώσῃ, δηλῶν αὐτῷ πάντα, καὶ ὅτι ἀντήρει ὁ ἀδελφὸς
 „αὐτῷ Λεμαῖς. παραχρῆμα ἔν ὑπέστρεψεν εἰς Πηλῶσιον,

mensibus quatuor, et defunctus est: regnumque sibi
 vindicauit filius eius Chebron per annos tredecim. Post
 quem Amenophis, annis viginti et mensibus vii. huius
 autem soror Amesses, xxi. et mensibus ix. post hanc
 Mephres annis xii. et mensibus ix. post hunc Mephra-
 muthosis annis xxv. et mensibus x. post eum Thimo-
 sis annis ix. et mensibus viii. post eum Amenophis an-
 nis xxx. et mensibus x. post eum Orus annis xxxvi.
 et mensibus v. Huius autem filia Acenchres annis xii.
 et mense i. post eam frater Sethosis annis ix. post hunc
 Acenchres annis xii. et mensibus v. post hunc Acen-
 cheres alter annis xii. et mensibus xiii. post hunc Ar-
 mais annis iv. et mense i. post hunc Ramesse primo i.
 et mensibus iv. post hunc Amesses Mianuni annis
 lxvi. et mensibus ii. post hunc Amenophis annis xix.
 et mensibus vi. post hunc Sethosis, et Ramesse, qui
 plurimas copias habuit equestres et nauales. Hic fra-
 trem quidem Armaim procuratorem Ægypti constituit,
 et aliam ei omnem regalem contulit potestatem, tan-
 tummodo autem ei iniunxit, ne coronam gestaret, ne-
 que reginam matremque liberorum iniuria afficeret, in-
 superque, ut abstineret ab aliis regalibus concubinis.
 Ille vero in Cyprum et Phoenicem, rursusque in Assy-
 rios et Medos expeditione suscepta, vniuersos, alios
 quidem ferro, alios vero sine pugna magnas sive por-
 tellatis terrore sibi subiugauit: atque prospero rerum
 successu valde elatus, aliquanto audacius progredieba-
 tur, orientales vrbes et prouincias subuerrendo. Mul-
 toque post tempore, Armais, qui in Ægypto fuerat re-
 lictus, omnia contra, quam frater monuerat, ne faceret,
 sine timore faciebat. Nam et reginae vim inferebat,
 aliisque concubinis ad libitum misceri non cessabat: per-
 suasitque ab amicis corona utebatur, et contra fratrem
 insurgibat. Is vero, qui constitutus erat super sacra
 Ægyptiaca, codicillos Sethosi misit, eum de omnibus
 certiore faciens, quodque frater ipsius Armais contra
 eum bellum mouebat. Illico igitur Pelusium reuersus est,

καὶ ἐκράτησεν τῆς ἰδίας βασιλείας. ἡ δὲ χώρα ἐκλήθη
 ἡ ἀπὸ τῶ αὐτῷ ὀνόματος Αἴγυπτος. λέγει γάρ, ὅτι ὁ μὲν
 ἡ Σέθωσις ἐκαλεῖται Αἴγυπτος, Αἰγυαῖς δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτῆς
 ἡ Δαναός.

ις'. Ταῦτα μὲν ὁ Μανθεῶν. δῆλον δὲ ἐστὶ ἐκ τῶν εἰ-
 ρημένων ἔχων τῇ χρένῃ συλλογιαθέντος, ὅτι οἱ καλῶμενοι
 ποιμένες, ἡμεῖς τε δὲ πρόγονοι, τρισὶ καὶ ἐνενήκοντα καὶ
 τριακοσίοις προῶν ἐτεσθῆν, ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀπαλλαγέν-
 τες, τὴν χώραν ταύτην ἀσκήσαν, ἡ Δαναὸν εἰς Αἰγυπ-
 τὸν ἀφικέσθαι. καίτοι τῶν ἀρχαιότατον Αἰγυπτιῶν νομίζουσι.
 οὗτοι τοίνυν ὁ Μανθεῶν ἡμῖν τὰ μύθια μεμαρτύρηκεν ἐκ
 τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων· πρῶτον μὲν τὴν ἐτέρω-
 θεν ἄφικεῖν εἰς Αἴγυπτον, ἔπειτα δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλα-
 γὴν, ὥτως ἀρχαίαν τοῖς χρόνοις, ὡς ἑγγύς περ προτερεῖται
 αὐτὴν τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι χιλίοις. ὑπὲρ ὧν δ' ὁ Μανθεῶν
 ἐκ ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων, ἀλλ', ὡς αὐτὸς
 ὁμολογεῖται, ἐκ τῶν ἀδελφώδως μυθολογημένων προσέθει-
 κεν, ὥστερον ἐξελέγξω κατὰ μέρος, ἀποδεικνύς τὴν ἀπίθα-
 ρον αὐτῶ ψευδολογίαν.

ις'. Βύλομαι τοίνυν ἀπὸ τούτων ἐτι μεταλθεῖν ἐπὶ ταῖς
 παρὰ τοῖς Φοίνιξιν ἀναγεγραμμένα περὶ τῶ γένους ἡμῶν,
 καὶ τὰς ἐξ ἐκείνων μαρτυρίας παραχρῆν. ἐστὶ τοίνυν παρὰ
 Τυρίοις πολλῶν ἐτῶν γράμματα, δημοσία γεγραμμένα,
 καὶ πεφύλαγμένα λίαν ἐπιμελῶς, περὶ τῶν παρ' αὐτοῖς
 γενομένων καὶ πρὸς ἀλλήλους πραχθέντων μνήμης ἀξίως.
 ἐν τούτοις γέγραπται, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἀικοδομήθη ναὸς
 ὑπὸ Σολομῶνος τῷ βασιλεῶς, ἔτεσι θάττον ἑκατὸν τεσ-
 σαράκοντα καὶ τρισὶν καὶ μισὶν ὅκτω τῷ κτίσαι Τυρίως
 Κερχλόντα, ἀνεγράφη δὲ παρ' ἐκείνοις ἡ τῷ ναῷ κατα-
 σκευὴ τῶ παρ' ἡμῶν. Εἰρωμος γάρ ὁ τῶν Τυρίων βασιλεὺς
 Φίλος ἦν τῷ βασιλεῶς ἡμῶν Σολομῶνι, πατρικὴν πρὸς
 αὐτὸν Φιλίαν διαδεδογμένος. αὐτὸς δὲ συμφιλοτιμύμενος
 εἰς τὴν τῷ κατασκευάσματος τῷ Σολομῶνι λαμπρότητα,
 χρυσὴ μὲν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἔδωκε τάλαντα· τιμῶν δὲ

„et proprium tenuit regnum. Prouincia vero ex eius nomine appellata est Ægyptus. dicit enim, quod Sethosis quidem Ægyptus vocabatur, Armaïs autem frater eius „Danaus.

16. Atque haec quidem Manetho. Ergo si tempus ad initam annorum istorum rationem exigemus, constabit omnino, quos Pastores ipsi vocabant, maiores nostros, annis ante tribus nonaginta supra trecentos, ubi ex Ægypto migrassent, regionem illam insedisse, quam Danaus Argos venisset, qui tamen ab Argiuis pro antiquissimo celebratur. Ita duo nobis eaque sane praecipua, hoc Manethonis, quod Ægyptiarum literarum fidem sequitur, testimonio confecta sunt: alterum eos in Ægyptum aliunde profectos esse; alterum indidem ipsos alio commigrasse, quod etiam posterius adeo vetustum, ut Troiana tempora annis prope mille antecederet. Ista vero, quae Manetho non ex literis Ægyptiacis, sed (sicut ipse professus est) ab incertis auctoribus memorata, adiecit, postea particulatim excutiam, ea mendacia esse ostendens siue verisimilitudine conficta.

17. Volo itaque ab istis etiam nunc transire ad ea, quae apud Phoenicas de nostro genere conscripta sunt; et in hanc rem testimonia ex illis afferam. Apud Tyrios sane literae sunt a multis annis consignatae publicis monumentis, et magna cum cura adseruatae, ad ea spectantes, quae memoria digna ab illis gesta erant, et cum aliis intercesserant. In istis scriptum est, a Solomone rege Hierosolymis templum fuisse constructum, annis CXLIII. et mensibus octo, priusquam a Tyriis Carthago aedificaretur, atque in illis templi nostri apparatus descriptus legitur. Hiromus enim Tyriorum rex amicus erat regis nostri Solomonis, patris in amicitia cum eo inita successor. Is itaque suam Solomoni munificentiam exhibens ad claritatem fabricae, auri quidem talenta centum et viginti donauit; cumque pulcherrimam syluam

καλλίστην ὕλην ἐκ τῆ ὄρεος, ὃ καλεῖται Λίβανος, εἰς τὸν ὄρεον ἀπέστειλεν. ἀντεδωρῆσατο δὲ αὐτῷ ὁ Σολομὼν ἄλλοις τε πολλοῖς, καὶ γῆ κατὰ χώραν τῆς Γαλιλαίας τῇ Χαβελῶν λεγομένη. μάλιστα δὲ αὐτὸς εἰς Φιλίαν τῆς σοφίας συνῆγεν ἐπιθυμία· προβλήματα γὰρ ἀλλήλοις ἀντεπέσλλον λύειν κελεύοντες, καὶ κρείττων ἐν ταῖς ἡν ὁ Σολομὼν, καὶ τὰλλα σοφώτερος. σώζονται δὲ μέχρι νῦν παρὰ τοῖς Τυρίοις πολλαὶ τῶν ἐπιστολῶν, αἳ ἐκείνοι πρὸς ἀλλήλους ἔγραψαν. ὅτι δ' ἔστι λόγος ἐστὶν ὑπ' ἐμῆ συγκείμενος, ὃ περὶ τῶν παρὰ τοῖς Τυρίοις γραμμάτων, παραθήσομαι μαρτυρὰ Διόν, ἄνδρα περὶ τὴν Φοινικικὴν ἱστορίαν ἀκριβῆ γιγνώσκειν πεπιστευμένον. ἄτος τοίνυν ἐν ταῖς περὶ Φοινικῶν ἱστορίαις γράφει τὸν τρόπον τῆτον· „Λιβιβάλης τελευτήσαντος, ὃ υἱὸς αὐτῆ Εἰρώμος ἐβασίλευσεν. ἄτος τὰ πρὸς ἀνατολάς μέρη τῆς πόλεως προσέχωσεν, καὶ μῆζον τὸ ἄστυ πεποίηκεν, καὶ τῷ Ολυμπίῳ Διὶ τὸ ἱερόν καθ' ἑαυτὸ ὄν ἐν νήσῳ, χάσας τὸν μεταξὺ τόπον, συνῆψε τῇ πόλει, καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασιν ἐκόσμησεν· ἀναβάς δὲ εἰς τὸν Λίβανον ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῶν καὼν κατασκευὴν. τὸν δὲ τυραννῶντα Ἰεροσολύμων Σολομῶνα πέμψαι Φασὶ πρὸς τὸν Εἰρώμον αἰνίγματα, καὶ παρ' αὐτῷ λαβεῖν ἀξίῳ· τὸν δὲ μὴ δυνηθέντα διακρίναι, τῷ λύσαντι χρήματα ἀποτίειν. ὁμολογήσαντα δὲ τὸν Εἰρώμον, καὶ μὴ δυνηθέντα λύσαι τὰ αἰνίγματα, πολλὰ τῶν χρημάτων εἰς τὸ ἐπιζήμιον ἀναλῶσαι. εἴτα δὴ Ἀβδήμονέν τινα Τύριον ἀνδρα τὰ πρῶταθέντα λύσαι, καὶ αὐτὸν ἄλλα προβαλὼν. ἃ μὴ λύσαντα τὸν Σολομῶνα, πολλὰ τῷ Εἰρώμῳ προσάποτίσαι χρήματα.” Διὸς μὲν ἔτω περὶ τῶν προειρημένων ἡμῖν μεμαρτύρηκεν.

ἡ. Ἀλλὰ πρὸς τῷ παραθήσομαι Μένανδρον τὸν Εὐρίστον. γέγραφε δὲ ἄτος τὰς ἐφ' ἑκάστῃ τῶν βασιλέων πράξεις παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ βαρβάρους γενομένας, ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ἐπιχωρίων γραμμάτων σπευδῶς τὴν ἱστορίαν μαθεῖν. γράφων δὲ περὶ τῶν βασιλευκότων ἐν

ex monte, cui nomen Libanus, excidisset, lignum ad tecti contignationem misit: Solomon vero domia alijs quamplurimis eum remuneratus est, et terra in Galilaeae regione, quae Chabulon dicitur. Praecipue autem illos sapientiae studium ad inuicem constrinxit. Problemata enim soluenda mutuo mittebant, et in his superior usquequaque erat Solomon, inque caeteris sapientia praestare visus est. Haecenus vero plures ex epistolis ad se inuicem scriptis apud Tyrios asseruantur. Quod autem sermo de Tyriorum literis a me non fingitur, tellem producam Diuum, virum, qui Phoenicum historiam accurate scripsisse creditur. Ille igitur sua de Phoenicibus narratione in hunc modum scribit: „Abibalo viuis erepto, „filius eius Hiromus regnavit. Hic partes urbis orientales aggere cinxit et ampliotem eam reddidit; et Olympii Iouis templum, ab omni vicinarum aedium strua seiunctum et in insula positum, aggere interiecto copulavit urbi, et aureis donariis exornauit, adscendensque in Libanum materiam incidit ad fanorum exstructionem. Regem autem Hierosolymorum Solonionem ad eum aiunt aenigmata misisse et ab eo alia repoposcisse ea lege, vt, qui dissoluere non posset, dissoluenti multae nomine pecunias penderet. Quam conditionem cum Hiromus accepisset, nec resolvere ambages potuisset, multam ingentem pecuniarum pependisse. Post virum quendam Tyrium nomine Abdemonum exstisse, qui problemata proposita solueret aliaque intuitum proponeret: quae cum Solomon non soluisset, pecunias multas Hiromo insuper rependisse.” Ita quidem Dius de iis, quae iam diximus, testatus est.

18. Sed et Menandrum Ephesium huic adiungam. Is enim singulorum regum tempore res gestas apud Graecos Barbarosque memoriae mandabat, ex vernaculis cuiusque prouinciae vel gentis actis, studens historiae veritatem pandere. De iis itaque, qui

Τύρω, ἔπειτα γινόμενος κατὰ τὸν Εἰρώμον, ταῦτα Φοί-
 ντελευτήσαντος δὲ Διβιάλῃ, διεδέξατο τὴν βασιλείαν
 ὁ υἱὸς αὐτῷ Εἰρώμος, ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τρία ἐβα-
 σίλευσεν ἔτη τριακοντα τέσσαρα. ὅτος ἔχωνσε τὸν κυρ-
 ῶν, τὸν τε χρυσῶν κίονα τὸν ἐν τοῖς τῷ Διὸς αἰέθρῃ·
 καὶ τε ὕλην ξύλων ἀπελθὼν ἔκοψεν, ἀπὸ τῷ λεγομένῳ ἕκ-
 Λιβάνῃ, κέδρενα ξύλα εἰς τὰς τῶν ἱερῶν στέγας· καθελὼν
 τε τὰ ἀρχαῖα ἱερὰ καινὰς ναὺς ὠκοδόμησε, τό, τε τῷ Ἡε-
 κλῆς καὶ τῆς Ἀσάρτης τέμενος ἀνέγειρευσεν, καὶ τὸ μὲν τῷ
 Ἡρακλῆς πρῶτον ἐποιήσατο ἐν τῷ Περιτίῳ μνηί, εἰτα τὸ
 τῆς Ἀσάρτης, ὁπότε Τίτυοις ἐπεστράτευσεν, μὴ ἀποδιδῶναι
 τὰς Φόρας. ὃς καὶ ὑποτάξας ἑαυτῷ πάλιν ἀνέστρεψεν. ἐπὶ
 τῷ δὲ τις ἦν Ἀβδήμονος παῖς νεώτερος, ὃς ἐνίκα τὰ προ-
 βλήματα, ἀπέτασσε Σολομῶν ὁ Ἱεροσολύμων βασιλεὺς.
 ψηφίζεται δὲ ὁ χρόνος ἀπὸ τῶν τῷ βασιλείῳ ἄχρι τῆς Καρ-
 χηδόνης κτίσεως ὅτως· ἡτελευτήσαντος Εἰρώμου, διεδέξατο
 τὴν βασιλείαν Βαλαάζαρος ὁ υἱὸς, ὃς, βιώσας ἔτη τισσα-
 ῖα κοντα τρία, ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτὰ. μετὰ τῷτον Ἀβδά-
 ρατος ὁ αὐτῷ υἱὸς, βιώσας ἔτη εἴκοσι ἐννέα, ἐβασίλευσε
 ἔτη ἐννέα. τῷτον οἱ τῆς τροφῆς αὐτῷ υἱοὶ τέσσαρες ἐπιβα-
 λύσαντες ἀπώλειαν, ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐβασίλευσεν ἔτη
 δεκαδύο. μεθ' ὃς Ἀσατος ὁ Δελαιασάρτης, ὃς, βιώσας
 ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα, ἐβασίλευσεν ἔτη δώδεκα. μετὰ
 τῷτον ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ Ἀσέρυμος, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ
 πεντήκοντα, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. ὅτος ἀπώλετο ὑπὸ τῷ
 ἀδελφῷ Φέλῃτος, ὃς λαβὼν τὴν βασιλείαν ἤρξε μῆνας
 ὀκτώ, βιώσας ἔτη πεντήκοντα. τῷτον ἀνέβη Εὐθώβαλας
 ὁ τῆς Ἀσάρτης ἱερεὺς, ὃς, βασιλεύσας ἔτη τριακονταδύο,
 ἐβίωσεν ἔτη ἐξηκονταοκτώ. τῷτον διεδέξατο Βαδίζωρ
 υἱὸς, ὃς, βιώσας ἔτη τισσαρακονταπέντε, ἐβασίλευσεν ἔτη
 ἑξή. τῷτε διάδοχος γέγονε Μάτγηνος ὁ υἱὸς, ὃς, βιώσας
 ἔτη τριακονταδύο, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. τῷτε διάδοχος
 γέγονε Φυγμαλίων, βιώσας δ' ἔτη πεντηκονταῖξ, ἐβασί-
 λευσεν ἔτη τισσαρακονταεπτὰ. ἐν δὲ τῷ ἐπ' αὐτῷ ἐβδό-

in Tyto regnarunt, scribens, et deinde veniens ad Hi-
 romum regem, ista dicit: „Abibalo vita functo, Hi-
 romus filius eius regnum accepit, qui regnavit annos
 „xxxiv, vita ad annum lxx. producta. Hic aggere
 „vastum, qui dicitur, locum exaequavit; praetereaquo
 „auream columnam in Iovis templo collocavit: et ad
 „lignorum sylvam profectus, e monte Libano appel-
 „lato construendis templorum tectis cedros excidit; de-
 „molitusque antiqua delubra, nova templa aedificavit,
 „Herculisque et Astartae fana consecravit, primumque
 „Herculis templum fecit in mense Peritio, deinde
 „Astartae, quando bellum movit aduersus Tityos, quod
 „tributa illis imperata non soluerint: quos cum sibi
 „etiam iterum subiecisset, reuersus est. Huius aetate
 „quidam Abdemonis filius iunior clarebat, qui proble-
 „mata, quae Solomon rex Hierosolymorum explicari
 „iussit, ingenio semper superabat.” Supputatur vero
 tempus ab hoc rege vsque ad constructionem Carthä-
 ginis, hoc modo: „Hiromo defuncto, in eius regnum
 „successit Baleazarus eius filius, qui, cum vixisset an-
 „nis xliii, septem regnavit annis. Post hunc Ab-
 „dastartus illius filius, vita exacta annorum xxx. re-
 „gnavit nouem. Hunc nutricis suae filii quatuor in-
 „sidiis peremerunt, quorum senior regnavit annis xii.
 „Post quos Astartus filius Delaeastarti regnavit, qui
 „vixit annis liv, regnavit annis xii. Post hunc
 „frater eius Aferymus, qui vixit annis liv, regnavit
 „annis nouem. Hic a fratre Phelete interfectus est,
 „qui, regno suscepto, mensibus imperavit octo, cum
 „vixisset annis l. Hunc interfecit Ithobalus Astartae
 „sacerdos, qui, cum vixisset annis lxxviii, regnavit
 „annis xxxii. Huic successit Badezorus filius, qui,
 „cum vixisset annis xlv, regnavit annis sex. Huic
 „successor factus est Matgenus eius filius, qui cum
 „vixisset annis xxxii. nouem regnavit annis. Huic
 „successit Pygmalion, qui vixit annis lvi, et regnum
 „tenuit xlvii. Huius regni anno septimo soror eius

ἡμῶν ἔτι, ἡ ἀδελφὴ αὐτῆς Φυγῦσα, ἐν τῇ Λιβύῃ πόλιν ὠκοδομήσας Καρχηδόνα." συνάγεται δὴ πᾶς ὁ χρόνος ἀπὸ τῆς Εἰρώμης βασιλείας ἄχρι Καρχηδόνης κτίσεως, ἔτη ἑνὲ μῆνης ἢ. ἐπὶ δὲ δωδεκάτῳ ἔτι τῆς Εἰρώμης βασιλείας ἐν Ἱερουσολύμοις ὠκοδομήθη ὁ ναὶς, γέγονεν ἂν ἀπὸ τῆς οἰκοδομήσεως τῆς ναὶς ἄχρι Καρχηδόνης κτίσεως, ἔτη ἑκατὸν τρισαράκοντα τρία, μῆνες ὀκτώ. τῆς μὲν ἂν παρὰ Φοινίκων μαρτυρίας τί δεῖ προδεῖναι πλείω; βλέπεται γάρ τε ἀληθεὶς ἰχυρῶς ὠμολογημένον. καὶ πολὺ δή τις προάγει τῆς τῆς κατὰσκειυῆς ἢ τῶν προγόνων ἡμῶν εἰς τὴν χώραν ἄφικξις. ὅτε γὰρ αὐτὴν πᾶσαν πολέμῳ παρέλαβον, τότε τὸν ναὶν κατεσκεύασαν. καὶ ταῦτα σαφῶς ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ὑπ' ἐμῶν δεδήλωται διὰ τῆς ἀρχαιολογίας.

Ἰθ'. Λέξω δὲ νῦν ἤδη τὰ παρὰ Χαλδαίοις ἀναγεγραμμένα καὶ ἰσορρέμενα περὶ ἡμῶν, ὥστε ἔχει πολλὴν ὁμολογίαν καὶ περὶ τῶν ἄλλων τοῖς ἡμετέροις γράμμασι. μαρτυρῶ δὲ τῶν Βηρωσσῶν, ἀνὴρ Χαλδαῖος μὲν τὸ γένος, γινώσκων δὲ τοῖς περὶ παιδείαν ἀναστρεφόμενοις, ἐπεὶ δὲ περὶ τε ἀστρονομίας, καὶ περὶ τῶν παρὰ Χαλδαίοις φιλοσοφούμενων αὐτὸς εἰς τὰς Ἑλλήνας ἐξήνεγκε τὰς συγγραφάς. ἔτος τοίνυν ὁ Βηρωσσὸς ταῖς ἀρχαιοτάταις ἐπακολουθῶν ἀναγραφαῖς, περὶ τε τῆς γενομένης κατακλυσμῶ καὶ τῆς ἐν αὐτῷ φθορᾶς τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ Μωϋσῆς ἕως ἰσόρηκε· καὶ περὶ τῆς λάρνακος, ἐν ἣ Νῶχος ὁ τῆς γένεως ἡμῶν ἀρχηγὸς δισώθη, προσενηχθείσης αὐτῆς ταῖς ἀκρωρείαις τῶν Ἀρμενίων ὄρεων. εἴτα τῆς ἀπὸ Νώχου καταλέγων, καὶ τῆς χρόνης αὐτοῖς προσιθείς, ἐπὶ Ναβολάσσαρον παραγίνεται, τὸν Βαβυλῶνος καὶ Χαλδαίων βασιλέα, καὶ τὰς τότε πράξεις ἀφηγούμενος λέγει· ἡτίνα τρόπον πέμψας ἐπὶ τὴν Ἀἴγυπτον καὶ ἐπὶ τὴν ἡμετέραν γῆν τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτῆς Ναβουχοδονόσορον μετὰ πολλῆς δυνάμειος, ἐπειδὴ περὶ ἀφιστῆντας αὐτῆς ἐπύθετο, πάντων ἐκράτησε, καὶ τὸν ναὶν ἐνέπρησε τὸν ἐν Ἱερουσολύμοις, ὅπως τε πάντα τὸν παρ' ἡμῶν λαὸν ἀναστῆσας, εἰς Βαβυλῶνα μετόικισεν· συνέβη δὲ καὶ

„Dido, fugæ elapsa, in Libya ciuitatem condidit Carthagine.” Itaque colligitur omne tempus a regno Hiromi vsque ad conditam Carthaginem, ad annos cxi. v. et menses viii. Cum vero anno xii. Hiromi regis in Hierosolymis aedificatum sit templum, fluxit igitur a templi conditu vsque ad constructionem Carthaginis tempus annorum cxliiii, mensium viii. Et ex Phoenicum quidem de gente nostra testimoniis quid opus est plura adscribere? cernitur enim veritas ex adductis valde comprobata. et multum, videlicet, constructionem templi praecedit progenitorum nostrorum in hanc regionem aduentus. Cum enim eam vniuersam debellassent, tum, demum templum aedificare coeperunt. Et haec aperte ex sacris literis a me declarata sunt in Apiquitatum libris.

19. Iam vero ea nunc referam, quae de nobis apud Chaldaeos literarum monumentis mandata sunt, quae cum libris nostris etiam super aliis rebus in plerisque consentiunt. Testis autem horum est Berossus, vir genere quidem Chaldaeus, iis vero non ignotus, qui in literarum studiis versantur, quoniam scripta de Astronomia et Chaldaeorum philosophia ipse Graecorum in usum edidit. Is igitur Berossus, antiquissimas sequutus historias, de diluuiio et hominibus in eo pereuntibus eadem plane ac Moyses narravit: simul et de arca, in qua Noëus generis nostri princeps seruatus est, ipsa scilicet in summitatem montium Armeniorum delata. Deinde ortos a Noëo numerans et sua quibusque tempora assignans, ad Nabopollassarum tandem venit, Babylonis et Chaldaeorum regem, resque ab eo gestas memorans refert, „quemadmodum in Aegyptum et terram nostram „misso filio suo Nabuchodonosoro multis cum copiis, „postquam eos defecisse intellexit, omnes deuicit, et „templum Hierosolymitanum incendit, cunctumque „gentis nostrae populum suis o sedibus excitatum Babylonem tulit. Vnde et ciuitatem contigit desola-

ἡ τὴν πόλιν ἐρημωθῆναι χρόνιον ἐτῶν ἐβδομήκοντα, ὡς
 „Κύριε τῶ Περασῶν βασιλείῳς.“ „κρατήσας δὲ Φερὶ τοῦ Βασι-
 „λῶνιον Αἰγύπτου, Συρίας, Φοινίκης, Αραβίας, πάσης
 „ὑπερβαλλόμενον ταῖς πράξεσι τὰς πρὸ αὐτοῦ Χαλδαίων
 „καὶ Βαβυλωνίων βεβασιλευκότας.“ εἰθ' ἐξῆς ὑποκα-
 „βάς ὀλίγον ὁ Βηρωσσός, πάλιν παρατίθεται ἐν τῇ τῆς
 „χαιότητος ἱστοριογραφίᾳ. αὐτὰ δὲ παραθήσομαι ταῦτα
 „ῥωσθ' ἑαυτοῦ ἔχοντα τὸν τρόπον. „ἀρχὰς δ' ὁ πατήρ αὐ-
 „τοῦ Ναβολάσσας, ὅτι ὁ ταταγμένος σατραπὴς ἦν τε Ἀρ-
 „πῶ καὶ ποῖς περὶ τὴν Συρίαν τὴν Κοίλην καὶ τὴν Φοινί-
 „κην τοποῖς ἀποστάτης γέγονεν, ὃ δυνάμενος αὐτὸς ἐπικρα-
 „τῆσαι, συστήσας τῷ υἱῷ Ναβχοδονόσορῳ ὅτι ἐπὶ ἡμε-
 „τέρη τινὰ τῆς δυνάμεως, ἐξ' ἐπὶ ἑαυτοῦ ἐκ' αὐτοῦ. συμμε-
 „ρῆναι δὲ Ναβχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ, καὶ παρατάξαι
 „αὐτὸς τε ἐκυρίευσεν, καὶ τὴν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ
 „βασιλείᾳ ἐποίησεν. τὸ δὲ πατρὶ αὐτοῦ συνέβη Ναβου-
 „σάρῳ, κατὰ τῶτον τὸν καιρὸν ἀρρώσθησάντι, ἐν τῇ Βαβυ-
 „λωνίᾳ πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον, ἔτη βεβασιλευκῆς
 „ἡσιν ἐννέα. αἰσθόμενος δὲ μετ' ὃ πολὺ τὴν τῷ πατρὶ
 „τῇ Ναβχοδονόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον
 „πράγματα καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τὰς αἰχμαλώτας
 „Ιουδαίων τε καὶ Φοινίκων καὶ Σύρων καὶ τῶν κατὰ τὴν
 „Αἴγυπτον ἐθνῶν συντάξας τισὶ τῶν φίλων, μετὰ βαρύν-
 „της δυνάμεως καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀνακαμίζεν ἐπὶ τῇ
 „Βαβυλωνίᾳ, αὐτὸς ἐρμήσας ἐλγοςὸς παρεγγύετο δια-
 „θήμῃ εἰς Βαβυλῶνα. καταλαβὼν δὲ τὰ πράγματα
 „ῥαμένα ὑπὸ Χαλδαίων, καὶ διατηρημένην τὴν βασιλείαν
 „ὑπὸ τῇ Βελτίστῃ αὐτῶν, κυριεύσας ἐξ ὁλοκλήρου τῆς
 „τῆς ἀρχῆς, τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις παραγομένοις
 „τάξεν αὐτοῖς ἀποικίας ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι τῆς βα-
 „βυλωνίας τοποῖς ἀποδείξαι. αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς
 „λαφύρων τῶν, τε βίβλιν ἱερὸν καὶ τὰ λοιπὰ κοσμή-
 „σας, φιλοτίμως, τήν τε ὑπάρχουσαν ἐξ ἀρχῆς πόλιν, καὶ τὴν
 „ἐξῶθεν προχαριστάμενος καὶ ἀνακαταστήσας, πρὸς τὴν

„tam mansisse annis LXX. vsque ad Cyrum regem Per-
 „sarum.” Dicit insuper, quod Babylonius tenuerit Æ-
 „gyptum, Syriam, Phoeniciam, Arabiam; quodque
 „prioros Chaldaeorum et Babyloniorum reges vniuer-
 „sos rebus a se praeclare gestis superarit.” Deinde
 inferius paulo haec iterum refert Berofus in Antiquita-
 tibus. Ipsa vero Berosi verba proferam, ad hunc
 modum se habentia! „Cum autem audisset pater eius
 „Nabopollassar, cum, qui in Ægypto et Coele-Sy-
 „ria et Phoenice praepositus fuerat, satrapen ab eo
 „defecisse, ipse, ferendis laboribus per aetatem im-
 „par, filio Nabuchodonosoro aetate valenti tradidit
 „partem exercitus, misitque ad illum bello persequen-
 „dum. Nabuchodonosorus autem, cum satrapa deser-
 „tore congressus, idque iusta acie, et eum deuicit et
 „regionem denuo in regni sui ditionem redegit. At
 „sub id tempus euenit, vt Nabopollassar pater, cum
 „morbum contraxisset, in vrbe Babyloniorum diem
 „obiret supremum, postquam regnasset annis XXIX.
 „Nabuchodonosorus autem, cum, non multo post, pa-
 „tris interitum accepisset, rebusque in Ægypto et re-
 „liqua regione ordinatis, Iudaeorum et Phoenicum ac
 „Syrorum et gentium in Ægypto captiuis amicorum
 „quorundam fidei commendatis, vt eos vna cum grauis
 „armaturae militibus et impedimentis in Babyloniam
 „deportarent, ipse cum paucis itinere per desertum
 „facto Babylonem se conferebat. Potitus autem rerum,
 „quas Chaldaei administrauerunt, regnique sibi ab eo-
 „rum potissimo adseruati, totum patris quod fuerat
 „imperium adeptus, captiuis quidem, vbi eo vene-
 „rant, colonias in Babyloniae locis maxime opportu-
 „nis assignari iussit: ipse vero postquam de belli ma-
 „nubis Beli templum aliaque largiter ornauerat, vr-
 „bemque Babylonis, quae iam erat, noua etiam al-
 „tera addita, instaurauerat, ne possent posthac, qui

ἡκέτι δύνανται τὰς πολιορκῶντας τὸν ποταμὸν ἀναστρέφειν
 ἐπὶ τὴν πόλιν κατασκευάζειν, ὑπερβάλλειτο τρεῖς μὲν
 ἐνδον πόλεως περιβόλης, τρεῖς δὲ τῆς ἑξῆς τῆς πόλεως
 ἐξ ὅπτης πλίνθας καὶ ἀσφάλτου, τὰς δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς
 πλίνθας. καὶ τεχίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν, καὶ τὰς τῶν
 λῶνας κοσμήσας ἱεροπρεπῶς, προσκατεσκευάσκει τοὺς το-
 κῆρας βασιλείους ἕτερα βασιλεία ἐχόμενα ἐκείνων, ὑπε-
 ραίροντα αἰνέτημα καὶ τὴν πολλὴν πολυτέλειαν. μακρὰ ἰ-
 σῶς ἔσται, εἰάν τις ἐξηγήται. πλὴν ὅντα γὰρ εἰς ὑπερβολὴν
 ὡς μεγάλα καὶ ὑπερήφανα, συνετελέσθη ἡμῶς διὰ
 πέντε. ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις τέτοις ἀναλήμματα λίθου
 ὑψηλὰ ἀνοικοδομήσας, καὶ τὴν ὄψιν ἀποδοῦν ὁμοειδέα
 τοῖς ὄρεσι, καταφυτεύσας δένδροις παντοδατοῖς ἐξηγε-
 ρήσας, καὶ κατασκευάσας τὸν καλῶμενον κρημὸν παρὲς
 αὐτὸν, διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτῇ ἐπιθυμῆναι τῆς ἐξουσίας
 διαθέσεως, τεθραμμένην ἐν τοῖς κατὰ τὴν Μηδίαν τοῖς

κ'. Ταῦτα μὲν ἔτος ἰσόρησε περὶ τῆς προσηρημένης βα-
 σιλείας, καὶ πολλὰ πρὸς τέτοις ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τῶν Χαλ-
 δαϊκῶν, ἐν ἣ μὲν φησὶ τοῖς Ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσι, καὶ
 μάλιστα οἰομένοις ὑπὸ Σεμιράμιδος τῆς Ἀσσυρίας κτισθῆναι
 τὴν Βαβυλῶνα, καὶ τὰ θαυμάσια κατασκευασθῆναι τῇ
 αὐτῇ ὑπὲρ ἐκείνης ἐργα ψευδῶς γεγραφόσι. καὶ κατὰ ταῦτα
 τὴν μὲν τῶν Χαλδαίων γραφὴν ἀξιόπιστον ἡγήσασθαι ἡμεῖς
 μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀρχαίοις τῶν Φοινίκων σύμφωνον αὐτῇ
 ὑπὸ Βηρωσσῆ λεγομένοις ἀναγέγραπται, περὶ τῆς τῶν Βα-
 βυλωνίων βασιλείας, ὅτι καὶ τὴν Συρίαν καὶ τὴν Φοινικίαν
 ἅπασαν ἐκείνος κατεστρέψατο. περὶ τῶν γὰρ συμφορῶν
 καὶ Φιλόστρατος ἐν ταῖς ἰστορίαις, μνημονεύων τῆς Τύρου πολιορκίας.
 καὶ Μεγαθένης ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰνδικῶν, οἷον ἀποφαίνειν περὶ
 αὐτῆς, τὸν προσηρημένον βασιλέα τῶν Βαβυλωνίων Ἡρακλῆος
 ἀνδρείαν καὶ μεγέθει πράξεων διασημῆναι. καταστρέψαντα γὰρ
 αὐτὸν Φοῖν καὶ Λιβύης τὴν πολὴν καὶ Ἰβηρίαν. τὰ δὲ περὶ τῆς νῦν προσηρημένης
 τῆς ἐκείνης πολιορκίας, ὅτι κατεστρέθη μὲν ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων

ad urbem istam venirent obsidendam, abacto flumine
eam facilius aggredi, ternos quidem interiori vrbi,
ternosque pariter exteriori murorum ambitus circum-
dedit, partim quidem e cocto latere et bitumine,
partim vero ex eodem latere solo. Cumque urbem
bene munivisset, et portas magnifice adornasset, pa-
ternae regiae contiguam aliam exstruxit, superemi-
nentem et altitudine et omni splendore. Longum
fortasse esset eius descriptionem facere. Suffecerit
dicere, hoc opus et magnitudine et omni rerum pa-
ratu eximium intra dies perfectum esse quindecim.
In hac autem regia pilas e lapidibus exstruxit excel-
sas, easdemque omnis generis arboribus confitas, ut
speciem montibus quam simillimam referrent, ela-
boravit, facto etiam paradiso, qui nuncupatur pen-
silis, quod vxor eius, utpote in Mediae locis educa-
ta, montosi situs desiderio teneretur.

20. Atque haec quidem Berofus de rege praedicto
retulit, insuperque multa in tertio Chaldaïcorum li-
bro, in quo reprehendit historicos Graecos, ut qui va-
ne arbitrantur a Semiramide Assyria Babylonem aedi-
ficatam, falsoque scripserunt miranda opera illic ab
ipsa fuisse constructa. Atque in istis Chaldaeorum
quidem historia fide digna habenda est: maxime quod
in archiuis Phoenicum scripta reperiantur, quae cum
iis conueniunt a Beroso narratis de rege Babylonio-
rum, Syriam scilicet et vniuersam Phoeniciam illum
subegisse. His sane adstipulatur Philostratus in Histo-
riis, quo in loco Tyri obsidionis meminit; et Me-
gasthenes in quarto volumine rerum Indicarum, ubi
ostendere contendit, praedictum Babyloniorum regem
et fortitudine Herculi et magnitudine praestitisse; di-
cit enim, cum Libyae bonam partem et Iberiam sub-
iugasse. Quae vero de Hierosolymorum templo iam
dicta sunt, et concrematum esse a Babyloniorum exer-

τευσάντων, ἤρξατο δὲ πάλιν ἀνοικοδομεῖσθαι. Κύρις τῆς
 Ἀσίας τὴν βασιλείαν παρεληφότος, ἐκ τῶν Βηρωσσῶ σα-
 Φῶς ἐπιδειχθήσεται παρατεθέντων. λέγει γὰρ ἔτι διὰ τῆς
 τρίτης· «Ναβαρχοδονόσορος μὲν ἦν μετὰ τὸ ἄρξασθαι τῆ
 ἡ προεξημένῃ τείχει, ἐμπεισὼν εἰς ἀρρώστιαν, μετελλάξατο
 «τὸν βίον, βεβασιλευκῶς ἔτη τεσσαρακοντατρία. τῆς δὲ
 «βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐειλμαράδωχος.
 «ἔτος προσὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς, ἐπι-
 «βηλευθεῖς ὑπὸ τῇ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισ-
 «σοῦρος ἀνῆρέθη, βασιλεύσας ἔτη δύο. μετὰ δὲ τὸ ἀναίρε-
 «θῆναι τῆτον, διαδεχάμενος τὴν ἀρχὴν ἀπέβηλευσας αὐ-
 «τῷ Νηριγλισσοῦρος, ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. τῶν υἱὸς
 ἡ Λαβοροσοάρχωδης ἐκυρίευσεν μὲν τῆς βασιλείας παῖς ὢν
 ἡμῖνας ἐννέα· ἐπιβηλευθεῖς δὲ, διὰ τὸ πολλὰ ἐμφαίνειν
 ἡ κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. ἀπολομένη δὲ
 ἡ τῆς, συνελθόντες οἱ ἐπιβηλεύσαντες αὐτῷ, κοινῇ τὴν βα-
 «σιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδῳ· τινὲς τῶν ἐκ Βαβυλωνίως, ὅν-
 «τι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστυάσεως. ἐπὶ τῆς τὰ περὶ τὸν ποτα-
 «μὸν τείχη τῆς Βαβυλωνίων πόλεως ἐξ ὅπτης πλίνθας καὶ
 «πασφάλλας κατεκοσμήθη. ἔσσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν
 «τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει, προσξεληλυθὼς Κύρος ἐκ τῆς Περ-
 «σίδος μετὰ δυνάμειος πολλῆς, καὶ καταστρεψάμενός τὴν
 «λοιπὴν Ἀσίαν πᾶσαν, ὤρμησεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας. αἰδο-
 «μένος δὲ Ναβόννηδος τὴν ἔσθον αὐτοῦ, ἀπαντήσας μετὰ
 «τῆς δυνάμειος καὶ παραταξάμενος, ἠττήθη τῇ μάχῃ καὶ
 «φυγὼν ὀλιγοστός, συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηῶν πόλιν.
 «Κύρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος, καὶ συντάξας τὰ
 «ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψαι, διὰ τὸ λίαν αὐτῷ
 «πραγματικὴν καὶ δυσάλωτον φανῆναι τὴν πόλιν, ἀνέζευ-
 «ξεν ἐπὶ Βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννηδον. τῇ δὲ
 «Ναβοννήδῳ ἔχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ' ἐγχα-
 «νήσαντος αὐτὸν, πρότερον χρησάμενος Κύρος Φιλανθρώ-
 «πως, καὶ δὲς οἰκητήριον αὐτῷ Καρμανίαν, ἐξέπεμψεν
 «ἐκ τῆς Βαβυλωνίας. Ναβόννηδος μὲν ἦν, τὸ λοιπὸν τῇ

citu, et coeptum rursus aedificari, cum Cyrus Asiae
 imperium accepisset, ex iis, quae praeterea refert Be-
 rosus, clare manifestabimus. Sic enim in libro tertio
 ait: „Et Nabuchodonosorus quidem, posteaquam in-
 choavit praedictum murum, morbo implicitus, inox
 e vita excessit, cum regnasset annos tres et quadra-
 giuta. In regnum autem succedebat filius eius Euil-
 maraduchus. Hic, quod summa rerum nefarie ac
 petulanter abuteretur, anno altero, quam regnare
 coeperat, Neriglissoori sororis suae coniugis insidiis
 occubuit. Huius autem post necem, idem ipse Ne-
 riglissoorus, qui ei fecit insidias, imperium suscepit
 et annis regnavit quatuor. Huius filius Laborosoar-
 chodus, cum adhuc puer esset, regnum quidem te-
 nuit menses novem: per insidias vero, quod mul-
 tam indolis prauitatem prae se ferret, a necessariis
 suis cum cruciatu interfectus est. Hoc autem per-
 emto, cum inter se coiissent insidiatores eius, com-
 muni consensu regnum detulere ad Nabonnidum
 quendam Babylonium, qui et ipse in eadem consi-
 ratione fuerat. Hoc regnante Babylonis moenia,
 quae flumini adiacebant, ex cocto latere et bitumine
 splendidius aedificata sunt. Cum autem regni eius
 annus decimus septimus ageretur, Cyrus ex Perside
 cum ingenti profectus exercitu, ac reliquum eius im-
 perium populatus, Babyloniam ipsam inuasit. Quam
 eius impressionem cum sensisset Nabonnidus, obviam
 egressus cum exercitu, acieque conferta pugna victus,
 et cum paucis in fugam coniectus, sese in Borsippeno-
 rum oppidum inclusum dedit. Cyrus autem, Babylone
 capta, constitutoque exteriora eius munimenta diruere,
 quod civitatem videret ad res novas mobilem, urbem
 vero expugnatu difficilem, inde in Borsippum proficisci-
 tur, Nabonnidum obsessurus. Nabonnidum autem, cum
 non tulisset obsidionem, sed prius sese dedidisset, perhu-
 maniter habuit Cyrus, dataque ei ad habitandum Car-
 mania, Babylonia dimitti voluit. Et Nabonnidus qui-

ἡ χρόνῳ διαγεγόμενος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, κατέβη ἐν τῇ
ἡβίῳ.

κα'. Ταῦτα σύμφωνον ἔχει ταῖς ἡμετέραις βίβλοις τὴν
ἀλήθειαν. γέγραπται γάρ ἐν αὐταῖς, ὅτι Ναβεχοδονόσο-
ρος ὀκτωκαιδεκάτῃ τῆς αὐτῆς βασιλείας ἔτι τὸν παῖρ ἡμῶν
ναὸν ἠρήμωσε, καὶ ἦν ἀφανὴς ἐπὶ ἔτη πενήκοντα· δευ-
τέρῳ δὲ τῆς Κύρου βασιλείας ἔτι τῶν θεμελίων ὑποβλήθη-
των, δευτέρῳ πάλιν τῆς Δαρείου βασιλείας ἀπειλείσθαι.
προσθήσω δὲ καὶ τὰς τῶν Φοινίκων ἀναγραφαίς. ἡ γὰρ πε-
ραληπτόν τῶν ἀποδείξεων τὴν περιστάσιν. ἔστι δὲ ταύτη
τῶν χρόνων ἡ καταρίθμησις· ἡ ἐπὶ Εἰθωβάλης τῆς βασιλείας
ἡ ἐπολιόρησε Ναβεχοδονόσορος τὴν Τύρον ἐπ' ἔτη δια-
ἡτρία. μετὰ τῆτον ἐβασίλευσε Βααλ ἔτη δέκα. μετὰ τὴν
ἡτον δικασαὶ κατεσάθησαν καὶ ἐδίκασαν· Εὐνβαλ
ἡ Βασιλάχης μῆνας δύο, Χέλβης Αβδαίης μῆνας δέκα, Αβ-
ἡ βαρος ἀρχιερεὺς μῆνας τρεῖς, Μύτγονος καὶ Γεράστου
ἡ τῆς Αβδηλέως δικασαὶ ἔτη ἕξ, ὧν μετὰ ξὺ ἐβασίλευσι
ἡ Βαλάτορος ἑνὶ αὐτὸν ἕνα. τῆς τελευτήσαντος, ἀπὸ τῆς
ἡ λαντες μετεπέμψαντο Μέρβαλον ἐκ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ
ἡ ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. τῆς τελευτήσαντος, με-
ἡ πέμψαντο τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς Εἰρώμον, ὃς ἐβασίλευσεν
ἡ ἔτη εἴκοσιν. ἐπὶ τῆς Κύρου Πέρσων ἐδυναύευσεν. ἡ καὶ ἡ
σύμπας χρόνος ἔτη πενήκοντα τέσσαρα καὶ τρεῖς μῆ-
πρὸς αὐτοῖς. ἐβδόμῳ μὲν γὰρ περὶ τῆς Ναβεχοδονόσου
βασιλείας ἡρξάτο πολιορκεῖν Τύρον· τσσαρεσκαιδεκάτῃ
δ' ἔτι τῆς Εἰρώμης Κύρος ὁ Πέρσης τὸ κράτος παρέλαβεν.
καὶ σύμφωνα μὲν ἐπὶ τῇ ναῦ τοῖς ἡμετέροις γράμμασι τῇ
Χαλδαίων καὶ Τυρίων. ὡμολογημένη δὲ καὶ ἀναγνώστῳ
ἡ περὶ τῶν εἰρημένων μοι μαρτυρία τῆς τῆς γένεως ἡμῶν ἀφ-
χαιότητος. τοῖς μὲν ἂν μὴ σφόδρα Φιλονείκοις ἀρτίως
ὑπολαμβάνω τὰ προειρημένα.

κβ'. Δεῖ δ' ἄρα καὶ τῶν ἀπιστῶντων ταῖς μὲν ἐν τοῖς
βαρβάροις ἀναγραφαῖς, μόνοις δὲ τοῖς Ἑλλήσι πικρὴν
ἀξιάσιν, ἀποπληρῶσαι τὴν ἐπιζήτησιν, καὶ παραχρῆ-

dem, reliquo tempore in ista regione exacto, diem
obiit supremum.

21. Atque haec parratio consentientem habet cum nostris scripturis veritatem. Proditum enim in illis est, Nabuchodonosorum anno regni sui decimo octauo templum nostrum diruisse, eiusque excidium totos quinquaginta annos durasse; anno autem Cyri regni secundo iactis fundamentis restitui coeptum, denuo vero Darii regni secundo partibus omnibus absolutum esse. Quin et istis adiiciam Phoenicum historias. haud enim omitendum est probationum sat superque asserre. Est autem in illis temporum dinumeratio huiusmodi. „Ithobalo apud „Tyrios regnante, Nabuchodonosorus Tyrum obsedit per „annos XIII. Post hunc regnavit Baal annos decem. Post „hunc Iudices constituti sunt et ipsi rexere; Ecnibalus „Baslaci menses duos, Chelbes Abdaci menses decem, „Abbarus suminus pontifex menses tres, Mytgouus et „Gerastratus Abdelemi iudices per annos sex; post quos „annum vnum cum potestate regia Tyro praefuit Balatorus. Quo mortuo, misere Tyrii, qui ex Babylone Merbalum aduocarent, regnavitque annos quatuor. Eo „mortuo, aduocarunt fratrem eius Hiromum, qui regnavit „annos XX. Huius tempore Cyrus apud Persas potens „erat.” Quapropter omne tempus est annorum LIV, triumque insuper mensium. Septimo siquidem anno regni sui Nabuchodonosorus coepit obsidere Tyrum: quartodecimo autem anno regis Hiromi Cyrus Persa imperium accepit. Et consonant quidem, quae de templo tradita a Chaldaeis ac Tyriis, cum scriptis nostris. Manifestum vero, cuique contradici nequit, est testimonium de gentis nostrae antiquitate ex praedictis. Et his quidem, qui non sunt valde contentionis cupidi, sufficere arbitror, quae iam praemissa sunt.

22. Oportet autem non credentibus scriptis Barbaricis, sed solis Graecis fidem habendam esse dicentibus, quaesitis satisfacere, multosque ex illis testes exhibere,

πολλὰς καὶ τῶν ἐπισαμένους τὸ ἔθνος ἡμῶν, καὶ καθ' ὃ
 καιρὸς ἦν αὐτοῖς, μνημονεύοντας παραθέσθαι ἐν ἰδίοις αὐτῶν
 συγγράμμασιν. Πυθαγόρας τοίνυν ὁ Σάμιος ἀρχαῖος ὢν,
 σοφία δὲ καὶ τῇ περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ πάντων ὑπελημμέ-
 νος διενεγκέν τῶν Φιλοσοφούντων, ἢ μόνον ἐγνωκὼς τὰ
 παρ' ἡμῖν δῆλός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ζηλωτὴς αὐτῶν ἐκ πλείεσσ
 γεγεννημένος. αὐτῷ μὲν ἔν ᾧ δὲν ὁμολογεῖται σύγγραμμα,
 πολλοὶ δὲ τὰ περὶ αὐτὸν ἰσορήκασιν, καὶ τῶν ἐπισημότα-
 τός ἐστιν Ερμιππος, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἰσορίαν ἐπιμελής. λέ-
 γει τοίνυν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ Πυθαγόρα βιβλίων, ὥτε
 „Πυθαγόρας, ἐνὸς αὐτῶν τῶν συνασιασῶν τελευτήσαντος,
 „τὸνομα Καλλιφῶντος, τὸ γένος Κροτωνιάτης, τὴν ἐκείνου ψυ-
 „χὴν ἔλεγε συνδιατρίβειν αὐτῷ καὶ νύκτωρ καὶ καθ' ἡμέ-
 „ραν. καὶ ὅτι παρεκελεύετο μὴ διέρχεσθαι τόπον, ἐφ' ᾧ ἂν
 „ἦνος ὀκλάση, καὶ τῶν διψίων ὑδάτων ἀπέχεσθαι, καὶ πᾶ-
 „σης ἀπέχειν βλασφημίας.” εἶτα προσέθησι μετὰ ταῦτα
 καὶ τὰδε· „ταῦτα δ' ἐπράττε καὶ ἔλεγε, τὰς Ἰθαίων καὶ
 „Θρακῶν δόξας μιμήμενος, καὶ μεταφέρειν εἰς ἑαυτόν. λέ-
 γεται γάρ ὡς ἀληθῶς ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος πολλὰ τῶν παρὰ Ἰθ-
 δαίοις νομίμων εἰς τὴν αὐτῷ μετενεγκέν Φιλοσοφίαν. ἦν δὲ
 καὶ κατὰ πόλεις ἔκ ἄγνωστον ἡμῶν πάλας τὸ ἔθνος, καὶ πολ-
 λὰ τῶν ἐθνῶν εἰς τινὰς ἤδη διαπεφοιτήκει, καὶ ζήλῃ παρ'
 ἑνίοις ἤξιόντο. δηλοὶ δὲ ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς περὶ νόμων. λέ-
 γει γάρ, ὅτι κωλύουσιν οἱ Τυρίων νόμοι ξενικὰς ὁρὰς ὀμνύνειν.
 ἐν οἷς μετὰ τινῶν ἄλλων καὶ τὸν καλούμενον ὄρεον Κορβαν
 καταριθμεῖ. παρ' ἑδενὶ δ' ἂν ἕτος εὐρεθῇ πλην μόνοις Ἰθ-
 δαίοις. δηλοὶ δ', ὡς ἂν εἴποι τις ἐκ τῆς Εβραίων μεθερμη-
 νεύμενος διαλέκτου, δῶρον Θεῷ. καὶ μὴν ἑδὲ Ηρόδοτος ὁ
 Ἀλικαρνασσεύς ἠγνόηκεν ἡμῶν τὸ ἔθνος, ἀλλὰ τρέπων τιλ
 φαίνεται μεμνημένος. περὶ γὰρ Κόλχων ἰσορῶν ἐν τῇ δευτέ-
 ρᾳ βίβλῳ, φησὶν ἕτως· „μῆνοι δὲ πάντων, φησὶ, Κόλχοι
 „καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Αἰθίοπες περιτέμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ
 „αἰδοῖα. Φοίνικες δὲ καὶ Σύριοι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, καὶ
 „ἄλλοι ὁμολογεῖσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθημένα. Σύριοι δὲ

quibus nota erat gens nostra, illosque adiicere, qui in scriptis suis, prout ipsis commodum visum est, nostri meminerunt. Pythagoram igitur Samium, valde quidem antiquum, sapientia vero et erga Deum pietate philosophorum praestantissimum habitum, non solum nostra instituta cognouisse certum est, sed etiam in plebisque ea sequutum esse et aemulatum. Et ipsum quidem nihil scriptum reliquisse in confesso est, multi tamen de eo retulere; et ex illis celeberrimus est Hermippus, vir circa omnem historiam indagator diligens. Refert utique in primo de Pythagora libro: „quod Pythagoras, vno familiarium suorum defuncto, nomine Calliphonte, genere Crotoniate, illius animam dicebat „secum degere die noctuque, et quod praeciperet, ut „non transiret locum, ubi asinus lapsus esset, et ab aqua „foeculenta auerteret, et ab omni maledicto abstineret.” Deinde post haec et ista adiicit. „Haec autem faciebat „dicebatque, Iudaeorum ac Thracum opiniones imitans et sibi vindicans.” Vere enim dicitur, quod vir ille multa Iudaeorum instituta in suam philosophiam transtulit. Quin et per ciuitates non olim ignota fuit gens nostra, multaeque ex illius consuetudinibus ad quasdam iam transierunt, et imitatione dignae a nonnullis habebantur. Quod indicat Theophrastus in iis, quae scripsit de Legibus. dicit enim „Tyriorum legibus „prohiberi, ne quis adhibeat externa iuramenta.” in quibus cum quibusdam aliis etiam id iuramentum, quod Corban vocatur, censet. Apud nullos autem hoc invenitur iuramentum, nisi apud solos Iudaeos. significat autem, quasi quis dicat, ex Hebraica dialecto vocem interpretans, donum Dei. Verum neque Herodotus Halicarnassensis nostram ignorauit gentem, sed quodammodo eius meminisse videtur. De Colchis enim referens, in secundo libro ista habet: „soli autem omnium hominum „Colchi et Aegyptii et Aethiopes ab initio pudenda circumcidunt. Phoenices vero et Syri, qui sunt in Palaestina, didicisse ab Aegyptiis et ipsi confitentur. Syri au-

οὐκ ἐπὶ Θερμώδοντα καὶ Παρθένιον ποταμὸν, καὶ Μάκρην
 ἡν οἱ τῆτοισιν ἀσυγείτονες ἔντες, ἀπὸ Κόλχων Φασὶν νεώτε-
 ρη μαθητέα. ἔτι γὰρ εἰσὶν οἱ περιτεμνόμενοι ἀνθρώπων
 ἡμῶν, καὶ ἔτι Αἰγυπτίοισι φαίνονται ποιεῦντες κατὰ ταυ-
 τὰ. αὐτῶν δὲ Αἰγυπτίων καὶ Αἰθιοπῶν ἔκ ἑχω εἰπεῖν, ὅπό-
 τεροι παρὰ τῶν ἐτέρων ἐξέμαθον." ἔκ τ' εἰρηκε Σύρας τῆς
 ἐν τῇ Παλαιστίνῃ περιτέμνεσθαι. τῶν δὲ τὴν Παλαιστίνην κατο-
 κούντων μόνον τὴν τοιαύτην ἰσθαλοῖ. τὰ τοιαῦτα γινώσκων εἶ-
 ρηκεν περὶ αὐτῶν. καὶ Χοιρίλος δὲ ἀρχαιότερος γενόμενος
 ποιητὴς μέμνηται τῆ ἔθνης ἡμῶν, ὅτι συνστράτευται Ξέρξης
 τῷ Περσῶν βασιλεῖ ἐπὶ τὴν Ελλάδα. καταριθμησάμενος
 γὰρ πάντα τὰ ἔθνη, τελευταῖον καὶ τὸ ἡμέτερον ἐνέταξε
 λέγων·

Τῷ δ' ὅπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι,

Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ σωμαίων ἀφ' ἑντες.

Ωκέστ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι πλατὴρ ἐνὶ λίμνῃ.

Αὐχμαλέοι κορυφάς· τροχοκέρειδες· αὐτὰρ ὑπερθεῖν

Ἰππων δαρτὰ πρόσωπ' ἐφόρειν ἐσκληρότα καπνῶν.

ἄλλοι δ' ἐστίν, ὡς οἶμαι, πᾶσιν ἡμῶν αὐτὸν μεμνῆσθαι, τῷ
 καὶ τὰ Σόλυμα ὄρη ἐν τῇ ἡμετέρᾳ εἶναι χώρα, ἃ κατοικῶ-
 μεν, καὶ τὴν Ασφαλτίτιν λεγομένην λίμνην. αὕτη γὰρ πα-
 σῶν τῶν ἐν τῇ Συρίᾳ λίμνῃ πλατυτέρα καὶ μείζων καθέστη-
 κεν. καὶ Χοιρίλος μὲν ἔτω μέμνηται ἡμῶν, ὅτι δὲ ἔμνον
 ἠπίσαντο τῆς ἰσθαλῆς, ἀλλὰ καὶ ἐθαύμαζον, ὅσοις αὐτῶν
 ἐντύχοιεν, ἔκ οἱ Φαυλότατοι τῶν Ελλήνων, ἀλλ' οἱ ἐπὶ σα-
 φιά μάλιστα τε θαυμασμένοι, ῥάδιον γινῶναι. Κλέαρχος
 γὰρ ὁ Αἰριστέλης ὢν μαθητὴς, καὶ τῶν ἐκ τῆ Περιπάτου Φι-
 λосоφῶν ἑδενὸς δεύτερος, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὑπὲρ βαβυλῶν
 Φησὶν, Αἰριστέλην τὸν διδάσκαλον αὐτῷ περὶ τίνος ἀνδρὸς
 ἰσθαλῆς ταῦτα ἰσθῆναι, αὐτὸν τε τὸν λόγον Αἰριστέλει παρα-
 τιθεῖς. ἔτι δ' ἔτω γεγραμμένον· „ἀλλὰ τὰ μὲν πολλὰ μα-
 κρὸν ἂν εἴη λέγειν. ὅσα δ' ἔχει τῶν ἐκείνης θαυμασιότητά
 „τινα, καὶ φιλοσοφίαν ὁμοίως, διελθεῖν ἔχουσιν. ὡς σα-
 „φῶς δὲ σοὶ εἰπεῖν, Ὑπεροχίδης, θαυμαστὸν τι ὀνείρεται ἴσα

tem; qui fluvium Therimodontem et Parthenium acco-
lunt, et horum contermini Macrones a Colchis se nu-
per id didicisse aiunt. Hi enim ex hominibus soli sunt, qui
circumciduntur: et apparet, eos hoc facere more eodem
ac Aegyptii. Ipsi vero Aegyptii atque Aethiopes, non
queo dicere vtri ab vtris didicerint." Dixit ergo Sy-
ros, qui in Palaestina sunt, circumcidi: omnium autem,
qui habitant Palaestinam, soli Iudaei circumciduntur. Hoc
igitur sciens de ipsis pronunciauit. Quin et Choerilus
ex antiquioribus poetis de gente nostra meminit, quod
cum Xerxe Persarum rege expeditionis contra Graecos
particeps fuerit. Cum enim gentes omnes enumerasset,
nouissimam nostram posuit, dicens:

Exin miranda specie gens castra secuta est,

Phoenicum ignoto quae voces ederet ore.

Haec Solymos habitans montes stagnum prope vastum,

Circumtonsa comis, squallenti vertice, equini

Exuvias capitis duratas igne gerebat.

Palam ergo est, sicut arbitror, omnibus, nostri illum
meminisse, quod et Solymi montes in nostra regione
sunt, in quibus habitamus, et palus, quae dicitur Asphalti-
tes. ipsa enim omnium, quae in Syria sunt, latissima et
maxima. Et Choerilus quidem ita nostri meminit,
Quod autem non solum Iudaeos agnoscebant, sed, ut in-
ciderant in eos, admirabantur, non e vulgo Graeci, sed
ob sapientiam maxime celebres, ostendere facile est.
Clearnchus enim Aristotelis discipulus, et Peripateticorum
nulli secundus, libro primo de Somno dicit, Aristotelem
doctorem suum de quodam viro Iudaeo ista referre, Ari-
stotelem in hunc modum loquentem inducens. Ita enim
scriptum est: „Sed longum esset narrare quamplurima:
„quicquid vero hoc in homine admirationis aliquid habe-
re ac philosophum sapere videtur, eodem modo perse-
„qui nihilominus utile fuerit. Tibi autem, Hyperochida,
„ut aperte, quod res est, dicam, mirum quiddam somnio-

„σοὶ δόξω λέγειν. καὶ ὁ Ὑπεροχίδης εὐλαβύμενος, δι' αὐ-
 „τὸ γὰρ εἶπεν τῷτο, καὶ ζητῶμεν ἀκῆσαι πάντες. ἔκην, εἰ-
 „πεν ὁ Αῤιστοτέλης, κατὰ τὸ τῶν ῥητορικῶν παράγγελμα,
 „τὸ γένος αὐτῷ πρῶτον διέλθωμεν, ἵνα μὴ ἀπειθῶμεν τοῖς
 „τῶν ἀπαγγελιῶν διδασκάλοις. λέγει, εἶπεν ὁ Ὑπεροχί-
 „δης, ὅτι σοι δοκεῖ. κακῆνος τοίνυν τὸ μὲν γένος ἦν Ἰσθαῖος
 „ἐκ τῆς Κοίλης Συρίας. ἔτι δὲ εἰσὶν ἀπόγονοι τῶν ἐν Ἰ-
 „σθαῖοις Φιλοσόφων. καλῶνται δὲ, ὥς φασιν, οἱ Φιλόσοφοι πα-
 „ρὰ μὲν Ἰνδοῖς Καλιανοὶ, παρὰ δὲ Σύροις Ἰσθαῖοι, τῆτομα
 „λαβόντες ἀπὸ τῆ τοπικῆ· προσαγορεύεται γὰρ, ὃν κατοικῶ-
 „σι τόπον, Ἰσθαῖα. τὸ δὲ τῆς πόλεως αὐτῶν ὄνομα πάν-
 „σκολιὸν ἐστίν, Ἰερουσαλήμ γὰρ αὐτὴν καλῶσιν. ἔτος ἦν ὁ
 „ἄνθρωπος ἐπιξενόμενός τε πολλοῖς, καὶ τῶν αὐτῶν τόπων
 „εἰς τὰς ἐπιθάλαττις ὑποκαταβαίνων Ἑλληνικὸς ἦν, ὃ τῇ
 „διαλέκτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ. καὶ τότε διατριβί-
 „των ἡμῶν περὶ τὴν Ἀσίαν, παραβαλὼν εἰς αὐτὰς τόπους,
 „ἐν οἷς ἤμεν, ἐντυγχάνει ἡμῖν τε καὶ τισὶν ἑτέροις τῶν ἡε-
 „ρασιτικῶν, περῶμενος αὐτῶν τῆς σοφίας. ὥς δὲ πολλοῖς
 „ἡτῶν ἐν παιδείᾳ συνωκείωτο. παρὶδὼς τι μᾶλλον ὢν ἐν-
 „ηχεν.” ταῦτ' εἶρηκεν Αῤιστοτέλης παρὰ τῷ Κλεάρχῳ, καὶ
 „προσέτι πολλὴν καὶ θαυμάσιον καρτερίαν τῷ Ἰσθαῖν ἀνδρὶ
 „ἐν τῇ διαίτῃ καὶ σωφροσύνῃ διεξιῶν. ἐνέσι δὲ τοῖς βουλευ-
 „μοῖς ἐξ αὐτῶν τὸ πλέον γινῶναι τῷ βιβλίῳ. φυλάττομαι γὰρ
 „ἐγὼ τὰ πλείω τῶν ἱκανῶν παρατίθεσθαι. Κλέαρχος μὲν ἦν
 „ἐν παρεμβάσει ταῦτ' εἶρηκεν· τὸ γὰρ προκείμενον αὐτῷ ἦν
 „ἕτερον· ἔτις ἡμῶν μνημονεύσας. Ἐκαταῖος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης,
 „ἀπὸ Φιλόσοφος ἄμα καὶ περὶ τὰς πράξεις ἱκανώτατος.
 „Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ συνακμάσας, καὶ Πτολεμαίῳ τῷ
 „Λάγῃ συγγενόμενος, ὃ παρέργως, ἀλλὰ περὶ αὐτῶν Ἰσ-
 „θαῖων συγγέγραφε βιβλίον, ἐξ ὃ βύλομαι κεφαλαιωδῶς
 „ἐπιδραμεῖν ἵνα τῶν εἰρημένων· καὶ πρῶτον ἐπιδείξω τὸν χρό-
 „νον. μνημονεύει γὰρ τῆς Πτολεμαίης περὶ Γάζαν πρὸς Διμή-
 „τριον μάχης· αὕτη δὲ γέγονεν ἐνδεκάτῳ μὲν ἔτει τῆς Ἀλε-
ιβ'. Μικρὸν ἔν ἀναλαβὼν τὸν λόγον, τῆτ' ἂν εἴποιμι πρῶτον, ὅτι τῶν ἀνόμων καὶ ἀτάκτως βιούντων, οἱ τάξιν καὶ νόμον κοινωνίας ἐπιθυμηταὶ γενόμενοι, καὶ πρῶτοι κατάρξαντες, εὐκότως ἂν ἡμερότητι καὶ φύσει ἀρετῇ διενεγκεῖν μαρτυρηθεῖν. ἀμέλει πειρῶνται τὰ παρ' ἑαυτοῖς ἕκαστοι πρὸς τὸ ἀρχαιότατον ἀνάγειν, ἵνα μὴ μιμεῖσθαι δόξωσιν ἑτέρας, ἀλλ' αὐτοὶ τῇ ζῆν νομίμως ἄλλοις ὑφηγήσασθαι. τῶν δὲ τῶν ἐχόντων τὸν τρόπον, ἀρετῇ μὲν ἐστὶ νομοθέτης, τὰ βέλτιστα συνιδεῖν, καὶ πῶς τῆς χρησομένης περὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ τιθεμένων· πλήθους δὲ, τὸ πᾶσι τοῖς δόξασιν ἐμμεῖναι, καὶ μήτε εὐτυχίαις μήτε συμφοραῖς αὐτῶν μηδὲν μεταβάλλειν. Φημί τοίνυν, τὸν ἡμέτερον νομοθέτην τῶν ὀρθοποτικῶν μνημονευομένων νομοθετῶν προάγειν ἀρχαιότητι. Λυκῆργοι γὰρ καὶ Σόλωνες, καὶ Ζάλευκος ὁ τῶν Λοκρῶν, καὶ πάντες οἱ θαυμαζόμενοι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὡς ἐχθρὸς δὴ καὶ πρῶτος, ὡς πρὸς ἐκείνον παραβαλλόμενοι, φαίνονται γεγονότες. ὅπερ γε μὴδ' αὐτὸ τὸ νόμα πάλαι ἐγγινώσκτο τῇ νόμῳ παρὰ τοῖς Ἕλλησι· καὶ μάρτυς Ὁμηρὸς ἑδάμῃ τῆς ποιήσεως αὐτῷ χρησάμενος. ὑδ' γὰρ ἦν κατὰ τῶν, ἀλλὰ γνώμαις ἀρίστοις τὰ πλήθη διωκεῖτο, καὶ προσάγμασι τῶν βασιλέων. ἂφ' ἧ καὶ μέχρι πολλῆς διέμειναν ἔθισιν ἀγράφοις χρώμενοι, καὶ πολλὰ τῶν αἰεὶ πρὸς τὸ συντυγχάνον μετατιθέμεντες. ὁ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης, ἀρχαιότατος γεγονώς, τῶν γὰρ δὴ πρῶτον ὁμολογεῖται καὶ παρὰ τοῖς πάντα κατ' ἡμῶν λέγεσθαι, ἑαυτὸν τε παρέχειν ἀρίστον τοῖς πλήθεσιν ἡγεμόνα καὶ σύμβουλον· τὴν τε κατασκευὴν αὐτοῖς ὅλην τῇ βίᾳ τῷ νόμῳ παραλαβὼν, ἐπεισεν παραδέξασθαι, καὶ βεβαιότατην ἴσασιν φυλαχθῆναι παρεσκευάσεν.

ιβ'. Ἰδωμεν δὲ τῶν ἔργων αὐτῆς τὸ πρῶτον μεγαλῶν.

quae apud alios sunt. Quibus neutrum puto relictum fore quod dicant: neque quod non eas habeamus leges, quarum ego summas in medium proferam; neque quod non maxime omnium in legibus propriis perseueremus.

15. Paulo ergo altius exorsus volo primum dicere: quod ii, qui ordinis et communium legum primi amatores exstiterunt, eis, qui sine lege et ordine viuunt, mansuetudine et bonitate naturae non immerito praestantiores habeantur. Hinc fit, quod singuli legumlatores summam suis vetustatem tribui affectant, ut non imitatores aliorum videantur, sed ipsi potius aliis legitime viuendi duces exstitisse. Istis hunc in modum se habentibus, virtus quidem legislatoris est, quae optima sunt perspicere, eosque de constitutis in bonam opinionem adducere, qui illis vsuri sunt: populi vero, ut maneat in omnibus, quae scita et iussa fuerint; et neque ex felicitate, neque ex calamitatibus horum aliquid immutare. Dico igitur, nostrum legislatorem, quoslibet, qui memorantur, legislatores antiquitate praecedere. Lycurgus enim, et Solon, et Zaleucus Locrensis, et omnes, qui in admiratione sunt apud Graecos, non ita pridem exstitisse videntur, si illi conferantur. quando ne ipsum quidem legis nomen olim apud Graecos cognoscebatur: quod et testatur Homerus, qui nusquam in Poësi sua isto est vsus. Nihil quippe huiusmodi erat illo tempore, sed optimis sententiis, et regum iussis populi regebantur. Vnde etiam longo tempore permanere consuetudinibus non scriptis vtentes, multasque illarum semper, prout res ceciderit, subinde mutantes. Noster vero legislator, qui et antiquissimus, (hoc etenim in confesso est etiam apud vniuersos, qui omnia contra nos loquuntur) et semetipsum populo exhibuit ducem consultoremque praestantissimum; et totam vitae rationem lege complexus, eis suasisit hanc libenter excipere, fecitque, ut diligentissime obseruaretur a scientibus prudentibusque.

16. Primum autem videamus, quod inter opera eius

ἐκείνος γὰρ τῆς προγόνους ἡμῶν, ἐπείπερ ἔδοξεν αὐτοῖς, τὴν Αἴγυπτον ἐκλιπῶσιν, ἐπὶ τὴν πάτριον γῆν ἐπανίεναι, πολλὰς τὰς μυριάδας παραλαβὼν, ἐκ πολλῶν καὶ ἀμειβάνων διέσωσεν εἰς ἀσφάλειαν· καὶ γὰρ τὴν ἀνυδρίαν αὐτῆς καὶ πολλὴν ψάμμον ἔδει διοδοιπορῆσαι, καὶ ἐκλῆσαι πλεῖμους, καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ λέαν ὅμῃ σάζειν μαχομένους. ἐν οἷς ἅπασι καὶ στρατηγὸς ἄριστος ἐγένετο, καὶ σύμβουλος συνειτώτατος, καὶ πάντων κηδεμῶν ἀληθέστατος. ἅπαν δὲ τὸ πλῆθος εἰς ἑαυτὸν ἀνητηῖσθαι παρεσκευάσθη, καὶ περὶ παντὸς ἔχων πειθόντας αὐτῆς τῷ πελευθεύοντι εἰς ὕδαμιν οἰκίαν ἔλαβε ταῦτα πλεονεξίαν. ἐν ᾧ μάλιστα τῷ καιρῷ δυαμέις μὲν αὐτοῖς περιβάλλονται καὶ τυραννίδας οἱ προεστηκότες, ἐθίζουσι δὲ τὰ πλῆθη μετὰ πολλῆς ἀνομίας ζῆν, ἐν τούτῳ τῆς ἐξουσίας ἐκείνος καθεστηκώς, τὴν ἀντίον ᾤκησεν δὲν εὐσεβεῖν, καὶ πολλὴν εὐνοίαν τοῖς λαοῖς ἐμπαράσχεν· ὥτως αὐτὸς τε τὰ μάλιστα τὴν ἀρετὴν ἐκδείξεν τὴν αὐτῷ νομίζων, καὶ σωτηρίαν τοῖς αὐτὸν ἡγεμόνα ποιούμενοις βεβαιωτάτην παρέχεν. καλῶς δὲν αὐτῷ περὶ αἰσέσεως καὶ πράξεων μεγάλων ἐπιτυχνομένου, εὐκότως ἐνομίζομεν ἡγεμόνα τε καὶ σύμβουλον θεῶν ἔχειν· καὶ πίσσας πρότερον ἑαυτὸν, ὅτι κατὰ τὴν ἐκείνου βέλησιν ἅπαντα πράττει καὶ διανοεῖται, ταύτην ᾧστο δὲν περὶ παντὸς ἐμποιῆσαι τὴν ὑπόληψιν τοῖς πλῆθεσιν. οἱ γὰρ πιστεύουσαις ἐπισκοπεῖν θεῶν τῆς ἑαυτῶν βίης, ὅθεν ἀνέχονται ἐξ αμαρτιῶν. τοιοῦτος μὲν δὴ τις αὐτὸς ἡμῶν ὁ νομοθέτης, εἰ γὰρ ὅδ' ἀπατεῶν, ἅπερ λοιδορῶντες λέγουσιν ἀδίκως· ἀλλ' οἷα παρὰ τοῖς Ἕλλησιν αὐχῶσιν τὸν Μίνω γεγενῆσθαι, καὶ μετ' αὐτὸν τῆς ἄλλης νομοθέτας. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν τῆς νόμους ὑποτίθενται· ὁ δὲ γε Μίνως ἔλεγεν, ὅτι εἰς τὸν Ἀπόλλω καὶ τὸ Δελφικὸν αὐτῷ μαντεῖον τὰς τῶν νόμων μαντείας ἀνέφερεν, ἥτοι τάληθες ὥτως ἔχεν νομίζοντες, ἢ πίσσιν ῥᾶν ὑπολαμβάνοντες. τίς δ' ἦν ὁ μάλιστα καταρθώσας τῆς νόμους, καὶ τίς ὁ δικαιοτάτα περὶ τῆς τῷ θεῷ πίστεως ἐπιτυχὼν, πάρεστιν ἐξ αὐτῶν κατανοεῖν τῶν νόμων αὐτῶν

magnificum est. Ille enim progenitorum nostrorum, postquam eis visum est, Ægypto relicta ad terram propriam reuertere, cum multa millia assumisset, illos ex multis difficultatibus ad incolumitatem perduxit: nam et inaquosam eos et valde arenosam oportebat viam transire, et bella proligare, et liberos ac vxores cum praeda inter pugnandum seruare. in quibus omnibus, et ducem egregium et consiliarium sapientissimum se praestitit, et omnium curatorem verissimum. Fecit autem, vt omnis a se penderet multitudo, et cum omnia, quae vellet, persuadere posset, in nullo horum vindicauit sibi potestatem. Sed in quo maxime tempore potentiam quidem sibi comparant, et tyrannidem occupant, qui aliis praesunt, populum vero licenter admodum viuere assuefaciunt, in hac ille potestate constitutus, e contrario ipsum oportere pie viuere censuit, multumque beneuolentiae populo praestare: ita et se maxime virtutem suam ostensurum esse existimans, et salutem certissimam illis daturum, qui ipsum sibi ducem fecerunt. Itaque cum bonum ei propositum fuerit, et magnas res gesserit, iure censemus ducem atque consiliarium se Deum habere: et cum sibi prius persuasisset, quod secundum illius voluntatem omnia ageret atque uerente ageret, credidit modis omnibus oportere, vt etiam populus in eiusmodi opinionem adduceretur. Nam qui Deum suam vitam respicere credunt, nulla in re peccare sustinent. Huiusmodi quidem noster legislator fuit, non magus, non impostor, sicut conuiciatores iniuste pronunciant, sed quales apud Graecos gloriantur fuisse Minoem, et post eum legistatores alios. Namque quidam leges eorum positas a Deo dicebant: Minos vero ad Apollinem et Delphicum eius oraculum legum vaticinia referebat, siue hoc verum esse credentes, siue hoc facile aliis persuasuros esse existimantes. Qui vero maxime omnium perfectissimam legum rationem instituerit, et iustissimam de Deo persuasionem habuerit, ex mutua legum ipsarum contentione quiuisset.

παραβάλλοντας. ἤδη γὰρ περὶ τούτων λεκτέον. ἔκκιν' ἀπὸ
 ροὶ μὲν αἱ κατὰ μέρος τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν νόμων παρὰ τὰ
 ἅπασιν ἀνθρώποις διαφοραὶ, ἔτι δὲ ταύτας κεφαλῶν
 δῶς ἂν ἐπὶ οἱ τις. οἱ μὲν γὰρ μοναρχίαις, οἱ δὲ ταῖς ἐλγῃ
 δυνατείαις, ἄλλοι δὲ τοῖς πλήθεσιν ἐπέτρεψαν τὴν ἐξ-
 σίαν τῶν πολιτευμάτων. ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης εἰς μὴ
 τούτων ἔδοτιξ' ἀπεῖδεν· ὡς δ' ἂν τις εἴποι βιασάμενος τὸ
 λόγον, θεοκρατίαν ἀπέδειξε τὸ πολίτευμα, Θεῷ τὴν ἀρ-
 χὴν καὶ τὸ κράτος ἀναθεῖς, καὶ πείσας εἰς ἐκείνοι ἀπαταῖ
 ἀφορεῖν, ὡς αἴτιον μὲν ἀπάντων ὄντα τῶν ἀγαθῶν, ἀ καὶ
 τε πᾶσιν ἀνθρώποις ἰδία τε ἐκάστοις ὑπάσχει, καὶ ἴσως
 ἔτυχον αὐτοὶ δεηθέντες, ἐν ἀμνηχάνας· λαθὼν δὲ τὴν ἐκ-
 νῆ γνώμην ἔκ ἐνόν, ἔτι τι τῶν πραττομένων ἔδει, ἔδ-
 ῶν ἂν τις παρ' αὐτῷ διανοηθείη. ἀλλ' αὐτὸν ἀπέστη
 καὶ ἀγέννητον, καὶ πρὸς τὸν αἰδῖον χρόνον ἀναλλοίωτα,
 πάσης ἰδέας θνητῆς κάλλει διαφέροντα, καὶ δυάμην
 μὲν ἡμῖν γνώριμον, ὁποῖος δὲ κατ' ἐσῖαν ἐστὶν ἄγνωστα.
 ταῦτα περὶ Θεῷ φρονεῖν οἱ σοφώτατοι παρ' Ἑλλᾶσιν
 ὅτι μὲν ἐκιδάχθησαν, ἐκείνους τὰς ἀρχὰς παραχόπας,
 ἐῶ νῦν λῦσιν. ὅτι δ' ἐστὶ καλὰ καὶ πρέποντα τῇ τῷ
 Θεῷ φύσει καὶ μεγαλειότητι, σφόδρα μεμαρτυρηκασί
 καὶ γὰρ Πυθαγόρας καὶ Αναξαγόρας καὶ Πλάτων, καὶ
 οἱ μετ' ἐκείνους ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλόσοφοι, καὶ μαρ-
 τὴν ἅπαντες ἔτι φαίνονται, περὶ τῆς τῷ Θεῷ φύσεως
 πεφρονηκότες. ἀλλ' οἱ μὲν πρὸς ὀλίγας φιλοσοφίας
 εἰς πλήθη ὀνόματι προκατειλημμένα, τὴν ἀλήθειαν τὴν
 δόγματος ἐξ ἐνεγκῆν ἔκ ἐτόλμησαν. ὁ δὲ ἡμέτερος νο-
 μοθέτης, αἶτις δὴ τὰ ἔργα παρέχων τοῖς νόμοις σύμ-
 φωνα, ἔ μόνον τῆς καθ' αὐτὸν ἐπέστη, ἀλλὰ καὶ τὰ
 ἐξ ἐκείνων αἰεὶ γενησομένοις τὴν περὶ τῷ Θεῷ πίστιν ἐκ-
 φῶσεν ἀμετακίνητον. αἴτιον δ', ὅτι καὶ τῷ τρόπῳ τῇ
 νομοθεσίᾳ πρὸς τὸ χερίσμιμον πάντων αἰεὶ πολὺ δαίτη
 κεν· ἡ γὰρ μέρος τῆς ἀρετῆς ἐποίησε τὴν εὐσέβειαν,

intelligat. Iam enim tempus est, ut ad eas veniamus. Enimvero, infinita quidem, si singula expendantur, morum atque legum toto passum hominum genere discrimina sunt; eas tamen in summa haec capita facile licet colligere. Alii quippe vni tantum, paucis quibusdam alii, alii denique populo summam reipublicae potestatem commiserunt. At legislator noster, hisce neglectis omnibus, Theocraticam (liceat enim hac voce tameris paulo duriorē uti) reip. formam instituit: atque ita summo principatu Dei numini attributo, id egit maxime, ut in eo cunctorum oculi ac mentes acquiescerent, tanquam in eo, qui et omnium bonorum, seu quae vniuersae hominum generi eueniunt, seu quae priuatim singuli, difficiliōribus suis temporibus, votis ac precibus impetrant, auctor et causa sit: atque eiusmodi, cuius cognitionem nullum omnino factum, cogitatio nulla fugere ac latere possit. Eum praeterea cum ortu carere, tum nullam tota aeternitate mutationem subire, omnis quoque mortalis formae dignitatem pulchritudine superare, postremo, ut sua nobis potestate notum, sic natura et essentia prorsus ignotum esse profitetur. Mitto sane, Graecorum sapientissimos huius de Deo sententiae magistrum illum ac ducem habuisse: quam praeclara quidem illa quamque Dei cum natura ac maiestate coniuncta foret, grauissime testatum ipsi quoque reliquerunt. Pythagoras enim, et Anaxagoras, et Plato, quique Platonein exceperē Stoici Philosophi, ac caeteri prope omnes, in huius de natura diuina sententiae communionem societatemque venerunt. At enimvero, cum isti fere non nisi cum paucis philosopharentur, et dogmatis huius veritatem in vulgus aliis iam opinionibus occupatum efferre metuerent: tum noster hic legislator, qui suarum ad legum aequitatem operum consensionem adiungeret, non eos modo, qui sua aetate viuerent, in eam secum mentem adduxit, verum etiam nepotibus ac posteris illorum omnibus, firmam hanc atque constantem de diuino numine fidem inseruit. Quod autem in ea legum suarum informatione fructum etiam fuerit longe, quam caeteri, maiorem sequutus, eo maxime factum est, quod non religionem virtutis par-

ἀλλὰ ταύτης τὰ μέρη τάλλα συνῆδε καὶ κατέστησεν· λέγω δὲ τὴν δικαιοσύνην, τὴν καρτερίαν, τὴν σωφροσύνην, τὴν τῶν πολιτῶν πρὸς ἀλλήλους ἐν ἅπασιν συμφωνίαν. ἅπασαι γὰρ αἱ πράξεις καὶ διατρίβαι καὶ λόγοι πάντες, ἐπὶ τὴν πρὸς Θεὸν ἡμῖν εὐσέβειαν ἔχουσι τὴν ἀναφοράν· ὃδὲν γὰρ τῶν ἀνεξήτασεν ὃδὲ αἴρεσον παρέλιπε. δύο μὲν γάρ εἰσιν ἀπάσης παιδείας τρόποι καὶ τῆς περὶ τὰ ἔθνη κατασκευῆς, ὧν ὁ μὲν λόγων διδασκαλικός, ἕτερος δὲ ὁ διὰ τῆς ἀσκήσεως τῶν ἔθων. οἱ μὲν ἂν ἄλλοι νομοθέται ταῖς γνώμας διέστησαν, καὶ τὸν ἕτερον αὐτῶν, ὃν ἔδοξαν ἕκαστοι ἐλόμενοι, τὸν ἄλλον παρέλιπον. οἷον Λακεδαιμόνιοι μὲν καὶ Κρήτες ἔθουσιν ἐπαιδεύουν, ἢ λόγοις· Ἀθηναῖοι δὲ καὶ σχεδὸν οἱ ἄλλοι πάντες Ἕλληνες, ἃ μὲν χρὴ πράττειν, ἢ μὴ, προσέτασσαν διὰ τῶν νόμων, τῷ δὲ πρὸς αὐτὰ διὰ τῶν ἔργων ἐθίζουσιν ὠλιγόρησαν.

ιζ'. Ο δ' ἡμέτερος νομοθέτης ἄμφω ταῦτα συνήρμοσε κατὰ πολλὴν ἐπιμέλειαν. ἔτε γὰρ κωφὴν ἀπέλιπε τὴν τῶν ἔθων ἀσκήσιν, ἔτε τὸν ἐκ τῷ λόγῳ νόμον ἀπρακτον εἶασεν. ἀλλ' εὐθύς ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχάμενος τροφῆς, καὶ τῆς κατὰ τὸ οἰκεῖον ἐκάστῳ δυνάμει, ὃδὲν ἔτε τῶν βραχυτάτων αὐτεξήσιον ἐπὶ ταῖς βυλῆσσι τῶν χρησομένων κατέλιπε. ἀλλὰ καὶ περὶ σιτίων, ὅσων ἀπέχεσθαι χρὴ, καὶ τίνα προσφέρειν, καὶ περὶ τῶν κοινωνησόντων τῆς διαίτης, ἔργων τε εὐτονίας περὶ τὰς τέχνας, καὶ τῶν παλιν ἀναπαύσεως, ὅρον ἔθηκεν αὐτός καὶ κανόνα τὸν νόμον, ἵν' ὥσπερ ὑπὸ πατρὸς τέτω καὶ δεσπότῃ ζῶντες, μήτε βυλόμενοι μηθὲν, μήθ' ὑπὲρ ἀγνοίας ἀμαρτάνωμεν. ὃδὲ γὰρ τὴν ἀπ' ἀγνοίας ὑποτίμησιν ἠνέχετο καταλιπεῖν, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον καὶ ἀναγκαϊότατον ἀπέδειξεν παιδευμάτων τὸν νόμον· ἐν εἰσάπαξ ἀκροασαμένους, ὃδὲ δις, ἢ πολ-
λάκις, ἀλλ' ἐκάστης ἐβδομάδος τῶν ἄλλων ἔργων ἀφε-
μένης, ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν τῷ νόμῳ ἐκλέυσσε συλλέγεσθαι

tem aliquam fecerit, sed religionis potius alias partes esse quasdam et viderit et vero statuerit: iustitiam, patientiam, temperantiam, ac mutuam ciuium inter se rebus in omnibus coniunctionem. Quippe quod actionum, studiorum, ac sermonum omnium rationes ex vna diuini numinis religione suspensas habere nos oporteat: cum nihil penitus aut non expensum, aut non definitum constitutumque reliquerit. Nam cum duae omnino sint cuiusvis disciplinae ac morum instituendorum viae; quarum altera praeceptis, altera conformatione vitae continetur: caeteri quidem legiflatores, dissidentium opinionum varietate distracti, atque alterutram suo quisque sensu viam sequuti, alteram omisere. Ita enim Lacedaemonii simul et Cretenses, moribus ipsis docebant, non praeceptis: Athenienses autem Graecique propemodum vniuersi, quid agendum esset, quidue fugiendum legibus edicebant, suos tamen ad vtrumque rebus ipsis consuefacere negligebant.

17. At legislator hic noster praecipuo quodam studio ambo ista coniunxit: dum neque mutam vitae morumque conformationem reliquit; neque legis praecepta operum societate carere permisit: sed, iam inde ab ipso met alimenti genere, et domestica singulorum victus ratione auspicatus, ne minutissimum quidem aliquid eorum, qui illis vterentur, potestatis et arbitrii facere voluit. Imo quibus abstinendum cibis, quibus item vesci liceat, quam in victus communionem ac societatem vocandi, quam in operibus contentionem adhibere, quem in otio tenere modum oporteat, certis quasi legis finibus regulisque descripsit: ut sub eius tanquam parentis cuiusdam aut dominae imperio nutuque viuentes, nihil omnino vel malitia vel ignorance peccemus. Ita ne ignorance illam, velut aliquam deprecandae poenae speciem relinqueret, longe pulcherrimum nobis maximeque necessarium disciplinae genus, legem ipsam esse voluit: nec satis id futurum putauit, ut semel, iterum, aut saepius eam audiuissemus, nisi hebdomadis quoque singulis, ab alio quolibet opere seriatos omnes, ad illam, dum recitaretur, audiendam, animoque

καὶ τῆτον ἀκριβῶς ἐκμανθάνειν. ὃ δὲ πάντες οἱ νομοθέται ἰοίκασι παραλιπεῖν.

η'. Καὶ τοσῦτον οἱ πλείστοι τῶν ἀνθρώπων ἀπέχουσι, τῷ κατὰ τῆς οἰκίας ζῆν νόμους, ὥστε σχεδὸν αὐτῆς ἡδ' ἴσασιν· ἀλλ' ὅταν ἐξαμάρτωσι, τότε παρ' ἄλλων μανθάνουσιν, ὅτι τὸν νόμον παραβεβήκασιν. οἳ τε τὰς μεγίστας καὶ κυριωτάτας παρ' αὐτοῖς ἀρχὰς διοικῶντες ὁμολογεῖσι τὴν ἄγνοιαν· ἐπιστάτας γὰρ παρακαθίσανταί τῆς τῶν πραγμάτων οἰκονομίας, τῆς ἐμπειρίαν ἔχον τῶν νόμων ὑπηρεχόμενας. ἡμῶν δ' ὄντιον εἴ τις ἔροιτο τῆς νόμους, ῥᾶον ἂν εἴποι πάντα, ἢ τὸ νομα τὸ ἑαυτῷ. τοιγαρὶν ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθύς αἰσθήσεως αὐτῆς ἐκμανθάνοντες, ἔχομεν ἐν ταῖς ψυχαῖς ὥσπερ ἐγκεχαραγμένους, καὶ σπᾶνιος μὲν ὁ παραβαίνων, ἀδύνατος δ' ἡ τῆς κολάσεως παραίτησις.

ιθ'. Τῆτο πρῶτον ἀπάντων τὴν θαυμαστὴν ὁμοίαν ἡμῖν ἐμπεποίηκεν. τὸ γὰρ μίαν μὲν ἔχειν καὶ τὴν αὐτὴν δόξαν περὶ Θεῶ, τῷ βίῳ δὲ καὶ τοῖς ἔθεσι μηδὲν ἀλλήλων διαφέρειν, καλλίστη ἐν ἔθεσιν ἀνθρώπων συμῶνίαν ἀποτελεῖ, παρ' ἡμῖν γὰρ μόνοις, ὅτε περὶ τῷ Θεῷ λόγους ἀκῆσται· τις ἀλλήλοις ὑπεναντίως, ὅποια πολλὰ παρ' ἑτέροις ἡδ' ὑπὸ τῶν τυχόντων μένον κατὰ τὸ προσπεσὸν ἐκάστῳ λέγεται πάθος, ἀλλὰ καὶ παρὰ τισι τῶν φιλοσόφων αὐτῶν τετόλμηται, τῶν μὲν τὴν ὅλην τῷ Θεῷ φύσιν ἀναιρεῖν τοῖς λόγοις ἐπικειραγκότων, ἄλλων δὲ τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων αὐτῷ πρόνοιαν ἀφαιρεσμένων. ἡδ' ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι τῶν βίων ὄψεται διαφοράν. ἀλλὰ κοινὰ μὲν ἔργα πάντων παρ' ἡμῖν, εἰς δὲ ὁ λόγος ὁ τῷ νόμῳ συμῶνιν περὶ Θεῶ, πάντα λέγων ἐκείνον ἐφορᾷ. καὶ μὴν περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδευμάτων, ὅτι δεῖ πάντα τὰ ἄλλα τέλος ἔχειν τὴν εὐσέβειαν, καὶ γυναικῶν ἀκῆσθαι ἂν τις καὶ τῶν οἰκετῶν.

penitus informandam, conuenire iuberet. Id quod ab reliquis omnibus legislatoribus praetermissum videmus.

18. Quare plerique mortalium a vita suarum ex legum praeceptis instituta tantum absunt, ut in summa fere illarum ignoratione versentur, atque ubi peccauerint, eas tum demum abs se violatas, ex aliis intelligant. Quam ignorantiam summi quoque et principes eorum magistratus confitentur, dum eos rerum administrationi praesse potissimum, ac sibi assidere volunt, qui praecipuam quandam legum periciam prae se ferant. At ex nostris, quemcumque de legum nostrarum capitibus interroges, vniuersas facilius, quam suum ipse nomen, edisseret. quippe quas iam usque ab ea, qua primum aliquid sentire coepimus, aetate, haustas, mentibus deinceps iniustas quodammodo impressasque teneamus. Ita, et rari admodum sunt, qui eas violent, et qui violarit, nulla prorsus ei deprecandae poenae ratio superest.

19. Atque hic admirabilis inter nos animorum consensionis fons est praecipuus. Nam et idem omnes de Deo sentire, et nullo vitae morumque dissidio laborare, id vero pulcherrimam ac iucundissimam hominibus animorum studiorumque coniunctionem afferre solet. Enimvero, soli omnino sumus, apud quos neque discrepantes vnquam de Deo sententias audies, quod apud alios frequentissimum est: (nec enim vulgaris tantum ac plebeius quilibet, prout peculiaris animi sensus impulerit, de Deo loquitur: sed hoc temeritatis vitium ad nonnullos etiam Philosophos permanauit, quorum alii omnem Dei naturam funditus exterminare conati sunt, alii eundem omni hominum cura prouidentiaque spoliarunt:) nec vllum in vitae rationibus dissidium videbis. Immo vero, cum summa quaedam apud nos omnium sit operum functionumque communio, tum vox similiter eadem, et cum ipsa lege de Deo consentiens, quae omnia diuini oculi sapientia regi proficitur. Quinetiam quod ad vitae instituta spectat, ex ipsis quoque mulierculis ac mancipiis intelliges, nihil non ex caeteris ad vnum religionis finem esse referendum.

κ'. Οθεν δὴ καὶ τὸ προΦερόμενον ἡμῖν ὑπὸ τινος ἔγκλημα, τὸ δὴ μὴ καινῶν εὐεργετὰς ἔργων ἢ λόγων ἄνδρας παραχρῆν, ἰντεῦθεν συμβέβηκεν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τὸ μηδὲν τῶν πατρίων ἐμμένειν, καλὸν εἶναι νομίζουσι, καὶ τοῖς μάλιστα τολμῶσι ταῦτα παραβαίνειν σοφίας δεινότητα μαρτυρεῖσιν. ἡμεῖς δὲ τῶναντίον μίαν εἶναι καὶ Φρόνησιν καὶ ἀρετὴν ὑπεκλήφαμεν, τὸ μηδὲν ὅλως ὑπεναντίον μῆτε πρᾶξαι μῆτε διανοηθῆναι τοῖς ἐξ ἀρχῆς νομοθετηθεῖσιν. ὅπερ εἰκότως ἂν εἰς τεκμήριον τῆ κάλλιστα τεθῆναι τὸν νόμον. τὰ γὰρ μὲν τῶτον ἔχοντα τὸν τρόπον, αἱ κῆρα δαίμονα διορθώσιν ἐλέγχουσιν.

κα'. Ἡμῖν δὲ τοῖς παιθεῖσιν ἐξ ἀρχῆς τεθῆναι τὸν νόμον κατὰ Θεῶ βύλησιν, ἐδ' εὐσεβεῖς ἦν ἔτι τῶτο μὴ φυλάττειν. τί γὰρ αὐτῆ τις ἂν μετακινήσειεν, ἢ τί κάλλιον ἐξεύροι, ἢ τί παρ' ἐτέρων ὡς ἄμεινον ἐξεύροιο; ἀρὰ γε τὴν ὅλην κατάσασιν τῆ πολιτεύματος; καὶ τίς ἢ καλλίων ἢ δικαιότερα γένοιτο, τῆς Θεὸν μὲν ἡγεμόνα τῶν ὅλων ἡγεῖσθαι πεποιημένης, τοῖς ἱερῶσι δὲ κοινῇ μὲν τὰ μέγιστα διοικεῖν ἐπιτερεῖσθαι, τῷ δὲ πάντων ἀρχιερεῖ πάλιν αὐτῷ πεπιστευκυίας τὴν τῶν ἄλλων ἱερέων ἡγεμονίαν. ὅς ἔστι κατὰ πλεον, ἐδέ τι σιν ἄλλαις πρᾶχοντας αὐτομάτοις πλεονεξίαις, πρῶτον εὐθύς ὁ νομοθέτης ἐπὶ τὴν τιμὴν ἔταξεν· ἀλλ' ὅσοι τῶν μετ' αὐτῆ παιθεῖ τε καὶ σωφροσύνη τῶν ἄλλων διέφερον, τῶτοις τὴν περὶ τὸν Θεὸν μάλιστα διαρπαγίαν ἐνεχείρισεν. τῶτοις δ' ἦν καὶ τῆ νόμου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἀκριβοῦς ἐπιμέλεια· καὶ γὰρ ἐπόπται πάντων καὶ δικασταὶ τῶν ἀμφισβητημένων, καὶ κολασταὶ τῶν κατεγνωσμένων οἱ ἱερεῖς ἐτάχθησαν.

κβ'. Τίς ἂν ἐν ἀρχῇ γένετο ταύτης ὀσιωτέρα; τίς δὲ Θεῷ τιμὴ μᾶλλον ἀρετόζουσα; πάντες μὲν τῆ πλήθους κατεσκευασμένοι πρὸς τὴν εὐσέβειαν, ἐξαίρετον δὲ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἱερέων πεπιστευμένων, ὥσπερ

20. Atque hinc profectum illud est, quod a nonnullis probro nobis et crimini vertitur, neminem ex nobis vllum aut nouae orationis, aut operis noui auctorem prodisse. Nam caeteri quidem, in nulla patriarum consuetudinum acquiescere, praeclarum quiddam ac laude dignum arbitrantur, eosque potissimum, qui aliquid earum labefactare conantur, a singulari prudentiae vi solertiaque commendant. Nos contra vnam hanc et prudentiam et virtutem esse statuimus, nihil omnino, quod cum legibus ante sancitis quoquo modo pugnet, aut inuehere aut moliri. Quod sane argumento certissimo est, optime conditam hanc fuisse legem. Quae enim secus instituta sunt, ea correctione indigere, experientia comprobatur.

21. At nos, qui hanc primam legem ex diuinae voluntatis arbitrio latam fuisse credimus, eam deinceps violare sine impietate non possumus. Et vero, quid tandem aut ex ea mutare quis possit, aut excogitare melius, aut ab aliis conuenientius mutuari? Nam forte genus ipsum Reipublicae totum immutabit? At quodnam, obsecro, possit eo vel melius vel aequius institui, quod Deum quidem rerum vniuersarum moderatorem constituit, sacerdotes vero ita publicae maximorum negotiorum administrationi praeficiat, ut illis ipsis sacerdotibus summum omnium pontificem praeesse velit? Adde, quod eosdem ab ipso iam initio legislator, non pro census magnitudine, aut aliarum eiusmodi rerum, quam fortuna peperit, copia, in tanto honoris gradu collocari voluerit, sed iisduntaxat, qui secum aliis partim orationis vi, partim etiam aequitate morum anteirent, diuini cultus ritus commiserit. Id quod ad accuratam et legis, et reliquorum institutorum conseruationem, maxime pertinebat: cum et summi omnium quaesitores, et controuerfiarum iudices, et damnatorum punitores constituti sacerdotes essent.

22. Quodnam igitur imperii genus hoc sanctius esse queat? aut qui Deo cultus conuenientior exhiberi? vbi non multitudo tantum vniuersa ad pietatem studiosissime informetur, sed etiam et insignis quaedam a sacerdotibus

δὲ τελετῆς τινος τῆς ὅλης πολιτείας οἰκονομωμένης; ἢ γὰρ ὀλίγων ἡμερῶν ἀριθμὸν ἐπιτηδεύοντες ἀλλόφυλοι φυλάττειν ἢ δύνανται, μυστήρια καὶ τελετὰς ὀνομάζοντες, ταῦτα μετὰ πολλῆς ἡδονῆς καὶ γνώμης ἀμετακίευστα φυλάττομεν ἡμεῖς διὰ τῷ παντός αἰῶνος. τίς ἔν εἰσιν αἱ προρρήσεις καὶ ἀπαγορεύσεις; ἀπλαῖ τε καὶ γνώριμοι. πρώτη δ' ἡγῆται περὶ Θεῷ, λέγασα, ὁ Θεὸς ἔχει τὰ πάντα παντελὴς καὶ μακάριος, αὐτὰ ἐαυτῷ καὶ πᾶσιν αὐτάρχης, ἀρχὴ, καὶ μέσα, καὶ τέλος πάντων· ὅτος ἔργοις μὲν καὶ χάρισιν ἐναργής, καὶ παντός ἕτινος ἄνθρωπων φανερώτερος, μορφὴν τε καὶ μέγεθος ἡμῖν ἀφανέστατος· πᾶσα μὲν γὰρ ὕλη πρὸς ἐκὼνα τὴν τύτῃ, καὶ ἡ πολυτελής, ἄτιμος, πᾶσα δὲ τέχνη πρὸς μιμήσεως ἐπίνοιαν ἄτεχνος. ἔδεν ὅμοιον εἶδε ἴδμεν, ἢ ἐπινοῶμεν, ἢ εἰκάζειν ἐς ὅσιον. ἔργα βλέπομεν αὐτῇ, Φῶς, ἔρανον, γῆν, ἥλιον καὶ σελήνην, ὕδατα, ζώων γενέσεις, καρπῶν ἀναδόσεις. ταῦτα ὁ Θεὸς ἐποίησεν ἢ χερσίν, ἢ πόνοις, ἔδὲ τινων συνεργασαμένων ἐπιδηθείς· ἀλλ' αὐτῷ καλὰ θελήσαντος, καλῶς ἦν εὐθύς γεγονότα· τῷ δὲ πάντας ἀκολυθεῖν, καὶ θεραπεύειν αὐτὸν ἀσκῆντας ἀρετῇ· τρόπος γὰρ Θεῷ θεραπείας ὅτος ὀσιώτατος.

κγ'. Εἰς ναὸς ἐνὸς Θεῷ. Φίλον γὰρ αἰεὶ παντὶ τῷ ὅμοιον. κοινὸς ἀπάντων, κοινῷ Θεῷ ἀπάντων. τῶν θεραπεύοντι μὲν διὰ παντός οἱ ἱερεῖς, ἡγῆται δὲ τῶν ὁ πρῶτος αἰεὶ κατὰ γένος. ὅτος μετὰ τῶν συνερίων θύσει τῷ Θεῷ, φυλάξει τῆς νόμης, δικάσει περὶ τῶν ἀμφοισθητῶν, κολάσει τῆς ἐλεγχθέντας ἐπ' ἀδίκῃ. ὁ δὲ γε τῷ μὴ πειθόμενος, ὑφέξει δίκην ὡς εἰς τὸν Θεὸν αὐτὸν ἀσεβῶν. θύομεν τὰς θυσίας, ἢ εἰς πλήρωσιν ἐαυτῶν καὶ μέθην. ἀβέλτητα γὰρ τῷ Θεῷ τὰδε, καὶ πρόφασις ἂν ὑβρεως γένοιτο καὶ πολυτελείας· ἀλλὰ σώφρονας, εὐτάκτους, εὐσταλεῖς, ὅπως

in rerum administratione diligentia exigatur, et solennem sacri alicuius festi religionem tota reip. ratio imitetur? Nam quae alienigenae paucis aliquot diebus mysteria, ut appellant, statasque ceremonias custodire non possunt, ea nos perpetuo cum suauissime, tum etiam constantissime retinemus. Quenam vero, et cuiusmodi nostra illa vel edicta sunt, vel interdicta? Simplicia prorsus et illustria. Princeps quidem et caput omnium illud est, quod ita de Deo statuit: Deum vniuersa complecti; perfectissimum illum esse atque beatissimum; sibi ipsi ac caeteris omnibus satis vnum esse, principium, medium, finemque cunctorum: eundem ut operibus ac beneficiis conspicuum, imo rerum omnium longe nobilissimum, ita cum natura, tum etiam magnitudine obscurissimum: materiam omnem, ut genere ipso pretiosissima, vilem, si ad eius imaginem exigatur, futuram: artem etiam omnem, si ad illius imitationem adspiret, inertem iacere: nihil eius simile nec videri, nec cogitari posse. Huius tamen opera sub adspectum cadere, lumen, coelum, terram, solem, lunam, aquas, animantium procreationes, fructuumque prouentus: haec autem a Deo, non manibus, non labore vllō, non precaria cuiusquam opera, sed vno voluntatis suae nutu perfecta continuo, proque eo, ac statuerat, bonitatem sortita esse. Ad illum omnes adhaerescere, vnum virtutis exercitio colere oportere, quod ea cultus diuini ratio sanctissima sit.

23. Vnius Dei templum vnum esse, quod simili simile delectetur; adeoque commune cum omnibus, quia Numini omnium communi sacrum. Ac sacerdotum quidem proprias eius placandi partes esse, his tamen vnum semper aliquem praeesse genere principem, qui cum aliis sacerdotibus Deo sacrificet, leges custodiat, si quid erit controuersum, arbitrio definiat, peractis denique reos iusto supplicio coerceat. Ei, qui minus paruerit, poenam huic luendam esse, quasi aduersus Deum impie fecerit. Caeterum ea sacrificiorum lex est, uti ne ipsis ad ebrietatis turpitudinem abutamur: cum enim horret id Deus, tum vero et iniuriarum et luxus occasionem praebet; modica igitur, honesta, et sobria illa sint oportet, ut ii praesertim, qui sacris operam

μάλιτα σωφρονῶσι. καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις, ὑπὲρ τῆς κοινῆς εὐχεσθαι δεῖ πρῶτον σωτηρίας, εἰδ' ὑπὲρ ἑαυτῶν. ἐπὶ γὰρ κοινωνία γεγόναμεν, καὶ ταύτην ὁ προτιμῶν τῇ καθ' ἑαυτὸν ιδίᾳ, μάλιτα εἴη Θεῷ κεχαρισμένος. παράκλησις δὲ πρὸς τὸν Θεὸν ἔστω διὰ τῆς εὐχῆς καὶ δέσις, ἔχ' ὅπως διδῶ τὰ ἀγαθὰ· δέδωκε γὰρ αὐτὸς ἐκὼν, καὶ πᾶσιν εἰς μέσον κατέθηκεν· ἀλλ' ὅπως δέχεσθαι δυνάμεθα, καὶ λαβόντες φυλάττωμεν. ἀγνείας ἐπὶ ταῖς θυσίαις διήρηκεν ὁ νόμος, ἀπὸ κήδους, ἀπὸ λέχους, ἀπὸ κοινωνίας τῆς πρὸς γυναῖκα, καὶ πολλῶν ἄλλων, ἃ μακρὸν ἂν εἴη νῦν γράφειν. τοῦτος μὲν ὁ περὶ Θεοῦ καὶ τῆς ἐκείνου θεραπείας λόγος ἡμῖν ἔστι, ὁ δ' αὐτὸς ἅμα καὶ νόμος.

κδ'. Τίνες δὲ οἱ περὶ γάμων; μίξιν μόνην εἶδεν ὁ νόμος κατὰ φύσιν τὴν πρὸς γυναῖκα, καὶ ταύτην, εἰ μέλλοι τέκνων ἕνεκα γίνεσθαι. τὴν δὲ πρὸς ἄρρενας ἀρρένων ἐσύνηκεν, καὶ θάνατος τὸ ἐπιτίμιον, εἴ τις ἐπιχειρήσειεν. γαμῆν δὲ κελεύει, μὴ προικὶ προσέχοντας, μηδὲ βιαίαις ἀρπαγαῖς, μηδ' ἂν δόλῳ καὶ ἀπάτῃ πείσοντας, ἀλλὰ μνηστεύειν παρὰ τῷ δῶναι κυρίᾳ, καὶ κατὰ συγγένειαν ἐπιτήδειον. γυνὴ δὲ χείρων, Φησὶν, ἀνδρὸς εἰς ἅπαντα. τοιγαρὺν ὑπακχέτω, μὴ πρὸς ὕβρει, ἀλλ' ἵνα ἄρχηται· Θεὸς γὰρ ἀνδρὶ τὸ κράτος ἔδωκε. ταύτη συνεῖναι δεῖ τὸν γήμαντα μόνῃ· τὸ δὲ τὴν ἄλλῃ περᾶν ἀνόσιον. εἰ δὲ τις τῷτο πράξειεν, ἕδεμία θανάτῳ παραίτησις, ἔτ' εἰ βιάσαιτο παρθένον ἐτέρῳ προσωμολογημένην, ἔτ' εἰ πείσαιε γεγαμημένην· τέκνα τρέφειν ἅπαντα προσέταξε. καὶ γυναῖξιν ἀπέπειν, μήτ' ἀμβλῆν τὸ σπαρὲν, μήτε διαφθεῖρειν· ἀλλὰ ἦν Φανείη, τεκνοκτόνος ἂν εἴη ψυχὴν ἀΦανίζεσα, καὶ τὸ γένος ἐλαττῶσα. τοιγαρὺν εἴ τις ἐπὶ λέχος ἢ φθορὰν παρέλθοι, καθαρὸς εἶναι ἔδύναται. ἢ καὶ μετὰ τὴν νόμιμον συνουσίαν ἀνδρὸς καὶ γυναῖκος

dant, castigatam modestiam prae se ferant. Iam inter sacrificandum, imprimis pro communi, tum pro sua cuique salute nuncupanda vota sunt. Cum enim ad mutuam societatem nati simus, is Deum sibi maxime conciliet, qui eam vita sua potiolem habuerit. Porro votorum ac precationum summa haec sit, non ut beneficia nobis conferat; confert enim ille per sese, atque omnibus passim ingerit; verum ut ea cum rite accipere, tum diligenter conseruare possimus. Ad extremum cui sacrificium faciendum erit, ei lex certa quaedam praescribit lustrationum genera, quibus, susceptae si quae sint ex funere, lecto, vxoris consuetudine, et aliis plerisque rebus, quas nunc percensere longum esset, labes expientur. Atque huiusmodi nobis de Deo doctrina, et diuini cultus tradita ratio est, quae legis ipsa quoque vim obtinet.

24. De nuptiis vero quid? Eam tantum consuetudinem, quam cum vxore natura concedit, lex nostra probat, modo tamen ea prolis suscipiendae causa ineatur. At marium cum maribus congressiones execratur, eiusque flagitii reos capitali supplicio damnat. Caeterum in matrimonio, neque dotis rationem haberi, neque per vim rapi coniugem, neque dolo malo pellici vult: sed ab eo, qui collocandae potestatem habeat, postulari; sic tamen, ut cognationis ratio habeatur. Ac mulier quidem, inquit scriptura, viro per omnia deterior est. Viro igitur obtinere, non tamen contumeliae causa, sed ut alterius imperium ac ductum sequatur; vim enim et potestatem viro Deus concessit. Vnius porro tantum, quacum coniunctus fueris, expetenda consuetudo est; alterius enim vxorem cogitare, nefas. Quod in scelus si quis inciderit, certum ei capitis supplicium: ut si quis aut virgini cuiquam desponsae vim obtulerit, aut alii nuptam illexerit; liberorum quicquid susceptum erit, educari lex iubet. Vetat, ne qua mulier susceptum semen aut eiciat, aut exstinguat: quae secus faxit, pro liberorum interfectrice haberi vult, perinde ac si re ipsa et foetus vitam opprimerit, et generis sui propagationem inhibuerit. Ergo si quis ad concubitum vel corruptionem stuprumque procefferit, mundus esse non potest. Certe et post viri ac mu-

ἀπολύσασθαι κελεύει ὁ νόμος. ψυχῆς τε γὰρ καὶ σώματος ἐγγίγνεται μολυσμός, ὡς πρὸς ἄλλαν χώραν ὑποβαλόντων. καὶ γὰρ ἐμφομένη σώμασι κακοπαθεῖ ἡ ψυχὴ, καὶ τῶν αὐτῶν πάλιν ὡς θανάτῳ διακρίθῃσα δι' ἑπερ ἀγνείας ἐπίτασιν τοῖς τοιούτοις προσέταξεν.

κε'. Οὐ μὴν ἢ ἐπὶ ταῖς τῶν παίδων γενέσεσιν ἐπὶ τρεπεν εὐωχίας συνάγειν, καὶ προφάσεις ποιεῖσθαι μέθης· ἀλλὰ σῶφρονα τὴν ἀρχὴν εὐθύς τῆς τροφῆς ἔταξε, καὶ γραμματα παιδεύειν ἐκέλευσε, περὶ τε τῆς νόμους ἀναστρέφεισθαι, καὶ τῶν προγόνων τὰς πράξεις ἐπὶ γαθῶν· τὰς μὲν ἵνα μιμῶνται, τοῖς δ' ἵνα συντρεφόμενοι μῆτε παραβαίνωσι, μῆτε σκῆψις ἀγνοίας ἔχωσι.

κε'. Τῆς δ' εἰς τῆς τετελευτηκότας πρηνόησεν ὁσίως, ὅτε πολυτελείαις ἐταφίων, ὅτε κατασκευαῖς μνημείων ἐπιφανῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τὴν κηδείαν προσέταξε τοῖς οἰκειοτάτοις ἐπιτελεῖν. πᾶσι δὲ τοῖς παριῦσι θάπτομένῳ τινός, καὶ συνελθεῖν καὶ συναποδύρασθαι ἐποίησε νόμιμον. καθαίρειν δὲ καὶ τὸν οἶκον καὶ τῆς ἐνοικῆντας ἀπὸ κήδους· ἵνα πλείστον ἀπέχη τῇ δοκῇ καθαρός εἶναι τις φόνον ἐργασάμενος.

κε'. Γονέων τιμὴν μετὰ τὴν πρὸς Θεὸν δευτέραν ἔταξε, καὶ τὸν ἕκ ἀμειβόμενον τὰς παρ' αὐτῶν χάριτας, ἀλλ' εἰς ὅτιον ἐλλείποντα, λυοθησόμενον παραδίδωσι καὶ παντός τῃ πρεσβυτέρῃ τιμὴν ἔχειν τῆς νέας Φησὶν, ἐπεὶ πρεσβύτατον ὁ Θεός. κρύπτειν ἢ δὲν εἶναι πρὸς Φίλους. ἢ γὰρ εἶναι Φιλίαν τὴν μὴ πάντα πιστεύσαν. καὶ συμβῇ δὲ τις ἔχθρα, τῶν ἀπόρρητα λέγειν κεκάλυκε. δικάζων εἰ δῶρά τις λάβοι, θάνατος ἢ ζημία. περιούριον ἰκέτην, βοηθεῖν ἐνόν, ὑπεύθυνος. ὃ μὴ κατέθηκε τις, ἢ ἀναίρεσται. τῶν ἀλλοτρίων ἡδυνός ἄψεται. δανείσας, τόκον ἢ λήψεται. ταῦτα, καὶ πολλὰ τέτοις ὁμοίᾳ, τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν συνέχει κοινωσίαν.

lieris legitimam coniunctionem lauare iubet lex. Animae siquidem et corporis pollutio innascitur, velut quasi ad aliam regionem animam demittant. Etenim anima corporibus insita male habet, atque ab iis iterum per mortem velut secernitur. ideoque puritatis augmentum praecipit.

25. Iam nec liberorum natalitia lautioribus conuiujs celebrari voluit, ne ebrietati color inde aliquis quaeretur: sed eos ab ipsa iam aetate ineunte cum ad moderatum victum assuescere, tum literis informari, legisque praecpta simul, et res maiorum praeclaras edoceri: vt harum ad imitationem excitentur, illa vero cum ipso lacte combibentes, nec deinceps violare conentur, nec eorum ignitionem excusare possint.

26. Defunctorum etiam iustis ita prospexit, vt neque profusus sumtibus, neque illustrium sepulcrorum apparatu luxus aleretur: sed quae funeri necessaria forent, ea propinquiorebus perficienda mandarentur. et quicumque, dum cadauer efferretur, illac iter haberent, ii vt ad funebrem sese pompam comparent, lacrymasque suas adiungerent. Domum praeterea familiamque lustrari a funere voluit, vt ex eo iure quiujs intelligeret, quam ille contaminatus haberetur, qui caedem fecisset.

27. Liberorum erga parentes obseruantiam secundum a Dei cultu locum tenere iussit: et qui mutuam eorum beneficij gratiam referre vlla in re neglexerit, eum lapidibus obruendum esse statuit. Iunioribus suum erga seniores, quia omnium antiquissimus Deus, honorem imperavit. Amicis occultum mutuo nihil esse, patitur, quod nulla ea sit amicitia, quae amicorum fidei omnia non credat. Quod si postea suboriantur inimicitiae, eorum tamen arcana vulgari prohibet. Iudex si munera acceperit, morte mulcatur. Qui supplicem, cui praesto esse potuisset, neglexerit, reus est. Quod non deposueris, auferre non licet. Alieni quicquam attingere nemo potest; nemo foenus pro mutuo exigere. His multisque alijs vinculis mutua inter nos societas continetur.

κη'. Πῶς δὲ καὶ περὶ τῆς πρὸς ἀλλοφύλης ἐπιει-
κειας ἐφρόνησεν ὁ νομοθέτης, ἄξιον ἰδεῖν. Φανεῖται γὰρ
ἄριστα πάντων προνοησάμενος, ὅπως μήτε τὰ οἰκία
διαφθείρωμεν, μήτε φθορήσωμεν τοὺς μετέχοντες τῶν ἡμε-
τέρων προαιρημένοις. ὅσοι μὲν γὰρ θέλουσιν ὑπὸ τῆς αὐ-
τῆς ἡμῖν νόμου ζῆν ὑπελθόντες, δέχεται φιλοφρόνως·
ὃ τῷ γένει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ προαιρέσει τῷ βίῳ νο-
μῶν εἶναι τὴν οἰκειότητα. τῆς δ' ἐκ παρέργου προσίσκ-
τας ἀναμίγνυσθαι ταῖς συνηθείαις οὐκ ἠθέλησε.

κθ'. Τάλλα δὲ προείρηκεν, ὧν ἐστὶν ἡ μετάδοσις
ἀναγκαία· πᾶσι παρέχειν τοῖς δεομένοις πῦρ, ὕδωρ,
τροφὴν, ὁδὸς φράζειν, ἄταφον μὴ περιορᾶν. ἐπιεικῇ δὲ
καὶ τὰ πρὸς τῆς πολεμίας κριθέντα εἶναι. ὃδὲ γὰρ εἰς
τὴν γῆν αὐτῶν πυρπολεῖν, ὃδὲ κόπτεν ἡμερὰ δένδρα
συγκεχώρηκεν· ἀλλὰ καὶ σκυλεύειν ἀπέειρε τῆς ἐν μά-
χῃ πισόντας. καὶ τῶν αἰχμαλώτων πρηνέσεν, ὅπως αὐ-
τῶν ὕβρις ἀπῇ, μάλιστα δὲ γυναικῶν. ἕτως δὲ ἡμερότη-
τα καὶ φιλανθρωπίαν ἡμᾶς ἐπαίδευσεν, ὥς ὃδὲ τῶν ἀλό-
γων ζώων ὠλγώρηκεν. ἀλλὰ μόνην μὲν ἀφῆκε τῶν
χρῆσιν τὴν νόμιμον, πᾶσαν δ' ἑτέραν ἐκάλυπεν. ἃ δ'
ὥσπερ ἱκετεύοντα προσφύγει ταῖς οἰκίαις, ἀπέπειν ἀνε-
λεῖν. ὃδὲ νεοττοῖς ἐπέτρεψε τῆς γονέας αὐτῶν συνεξαί-
ρειν. Φεῖσθαι δὲ καὶ τῇ πολεμίᾳ τῶν ἐργαζομένων ζώων,
καὶ μὴ φονεύειν. ἕτω πανταχόθεν τὰ πρὸς ἐπιείκειαν πε-
ρὶσκεψάτο, διδασκαλικοῖς μὲν τοῖς προειρημένοις χρησά-
μενος νόμοις· τῆς δ' αὖ κατὰ τῶν παραβαινόντων τιμω-
ρητικὰς τάξας ἀνευ προφάσεως.

λ'. Ζημία γὰρ ἐπὶ τοῖς πλείστοις τῶν παραβαινόντων
ἐστὶ θάνατος, ἂν μοιχεύσῃ τις, ἂν βιάσῃται κόρη,
ἂν ἄρσενι τολμήσῃ πῦρ ἢ προσφέρειν, ἂν ὑπομείνῃ πα-
θεῖν πειραδαίς. ἐστὶ δὲ καὶ ἐπὶ δύλοις ὁμοίως ὁ νόμος
ἀπαραιτήτος. ἀλλὰ καὶ περὶ μέτρων εἴ τις κακουργήσῃ,

28. Sed et operae-pretium fuerit videre, quae nos erga extraneos aequitate noster hic legislator esse voluerit. Quivis enim intelliget, omnium optime ab eo prouisum id fuisse, ut nec patriorum ipsi rituum integritatem labefaceremus, nec eorum communionem rerum nostrarum cupidis inuideamus. Quotquot enim legibus nostris vivere optaverint, omnes peramanter excipit, utique non solo genere, sed etiam voluntaria instituti societate communionem istam contineri ratus. Qui vero non nisi obiter ad nos, atque aliud agentes accederent, eos in consuetudinem penitus admitti noluit.

29. Caeterum alia edixit, quorum omnino copiam fieri necesse est: cuiusmodi sunt, indigentibus ignem, aquam, cibumque suppetere, monstrare viam, insepultum neminem praeterire. Imo suam quoque aduersus hostes appellatos aequitatem constare voluit, dum nec illorum agros igne vastari, nec mites arbores succidi permisit: sed et eos, qui in acie cecidissent, a victoribus spoliari prohibuit. Et captiuos, maximeque mulieres, ab iniuriis vindicauit. Ac nos ita ad mansuetudinem et humanitatem repetitis longius praeceptis condocescit, ut ne brutarum quidem animantium curam neglexerit. Nam ubi a legitimo, quem vnum concedit, earum usu discesseris, omni alio interdixit. Si quae supplicum instar nostras in aedes confugerint, eas interfici vetuit: aut parentes cum pullis e nido tolli, aut animantes illas, quarum opera homines uti solent, etiam in hostili solo mactari noluit. Tantopere benignitati consultum esse cupiebat: partim ferendis iis, quae adhuc commemoratae sunt, quaeque ad morum informationem pertinent, legibus; partim aliis sancendis, quibus in superiorum violatores, citra excusationem omnem, poenae statuuntur.

30. Poenam enim capitis ei proposuit, qui adulterium patrauerit; qui puellae vim attulerit; qui vel marem de stupro appellare ausus, vel appellanti sponte obsequutus erit. Exstat etiam de seruis lex eiusmodi, quam deprecari nemo queat. De mensuris item atque ponderibus, si quis flagitium

ἢ σαθμῶν, ἢ περὶ πράξεως ἀδίκης καὶ δόλῳ γενομένης, καὶ ὅφελται τις ἀλλότριον, καὶ ὃ μὴ κατέθηκεν ἀνέληται, πάντων εἰςὶ κολάσεις, ἔχουσαι παρ' ἐτέροις, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον. περὶ μὲν γὰρ γονέων ἀδικίας, ἢ τῆς εἰς τὸν Θεὸν ἀσεβείας, καὶ μέλη τις, εὐθὺς ἀπόλλυται. τοῖς μέντοι γε κατὰ τὰς νόμους πάντα πράττεισι, τὰ γέρας εἶναι ἢ ἀργυρὸς, ἢ χρυσὸς, ἢ μὴν ἢ δὲ κοτίνῃ σίφανος, ἢ σελίνῃ, καὶ τοιαύτη τις ἀνακέρυξις, ἀλλ' αὐτὸς ἕκαστος αὐτῷ τὸ συνειδὸς ἔχων μαρτυρῶν, πεπίστευκε· τῷ μὲν νομοθέτῃ προφητεύσαντος, τῷ δὲ Θεῷ τὴν πίσιν ἰχυρᾶν παρεξηκότος, ὅτι τοῖς τὰς νόμους διαφυλάξασι, καὶ, εἰ δεοὶ θνήσκην ὑπὲρ αὐτῶν, προθύμως ἀποθανῶσιν, ἔδωκεν ὁ Θεὸς γενέσθαι τε πάλιν, καὶ βίον ἀμείνω λαβεῖν ἐκ περιτροπῆς. ὥκνην δ' αὖ ἐγὼ νῦν ταῦτα γράφειν· εἰ μὴ διὰ τῶν ἔργων ἄπασιν ἦν φανερόν, ὅτι πολλοὶ καὶ πολλάκις ἤδη τῶν ἡμετέρων, περὶ τῷ μηδὲ ῥῆμα φθίγγεσθαι παρὰ τὸν νόμον, πάντα παθεῖν γενναίως προέβλυντο.

λα'. Καίτοι γε εἰ μὴ συμβεβήκει γνώριμον ἡμῶν τὸ ἔθνος ἄπασιν ἀνθρώποις ὑπάρχειν, καὶ φανερῶ κῆρυξαι τὴν ἰθαλῶσιον ἡμῶν τοῖς νόμοις ἀκολουθίαν, ἀλλὰ τις ἢ συγγράψαι λέγων αὐτὸς ἀνεγίνωσκε τοῖς Ἕλλησιν, ἢ περὶ γε περιτυχεῖν ἔξω τῆς γνωσκομένης γῆς ἔφασκεν ἀνθρώποις, τοιαύτην μὲν ἔχουσι δόξαν ἄτω σεμνὴν περὶ τοῦ Θεοῦ, τοιούτοις δὲ νόμοις πολὺν αἰῶνα βεβαίως ἐμμεμενηκόσι· πάντας αὖ οἶμαι θαυμάσαι, διὰ τὰς συνεχῆς παρ' αὐτοῖς μεταβολάς. ἀμέλει τῶν γράψαι τι παραπλήσιον εἰς πολιτείαν καὶ νόμους ἐπιχειρησάντων, ὡς θαυμαστὰ συνθέντων κατηγορεῖσι, φάσκοντες αὐτοὺς λαβεῖν ἀδυνάτους ὑποθήκης. καὶ τῆς μὲν ἄλλης παραλείπω φιλοσόφους, ὅσοι τι τοιῶτον ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἐπραγματεύσαντο· Πλάτων δὲ θαυμαζόμενος παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὡς καὶ σεμνότητι βίῃ διειργκῶν καὶ δι-

commiserit, aut iniussu quidpiam doloque malo vendiderit: qui vel ex rebus alienis furatus aliquid fuerit, vel quod abs se depositum esset abstulerit, poenae omnium sunt, non quales utique apud caeteros obtinent, sed quas summa fere severitas postulabat, constitutae. Nam aut de parentum iniuria, aut in Deum impietate, qui vel cogitarit, is ad mortem continuo rapitur. Iam qui legis ad praecepta rebus in omnibus adhaerescunt, iis praemium est, non argentum, vel aurum, non corona ex oleastro, vel apio, aut aliquid eiusmodi praeconium: sed conscientiae quisque suae testimonio freti, quod et legislator praedixit, et Deus certissimae fidei pignore confirmavit, futurum omnino credunt, ut illis, qui leges constanter servauerint, proque eis, si opus sit mori, libenter strenueque in ortem susceperint, et novum deinceps ortum, et vitae vicissim alterius longeque melioris fructum Deus largiatur. Quae sane scriberem ipse nunquam, nisi ex factis cognitum id omnibus intelligerem, hominum plerosque nostrorum, saepiuscule, ne vel una sibi contra legem vocula excideret, omnia fortiter pertulisse.

31. Quod si non usque adeo in hominum cognitionem gens nostra venisset, neque singulare voluntatis studium, quo legibus obsequimur, in eorum oculis ac luce versaretur, si quis existeret, qui vel instituta nostra, quae descripta abs sese diceret, Graecis audientibus recitaret, aut extra noti orbis terminos, in eos se alicubi homines incidisse narraret, qui cum tam graviter ac sublime de Deo sentirent, tum etiam iis legibus plura iam saecula constantissime viverent: equidem in summa omnes admiratione tum futuros existimo, cum iis simul tam crebrarum apud se conversionum in mentem veniret. Enimvero, qui ex illis simile quiddam de rep. et legibus scribere conati sunt, eos quasi monstra quaedam ac prodigia composuissent, et argumenta humanis viribus maiora suscepissent, reprehendi ab omnibus et accusari videmus. Alios philosophos praetereo, qui in simili disputationis genere versati sunt. Plato certe quidem, is, qui propter singularem vitae morumque gravitatem, et eximiam dicendi ac

νόμιμι λόγων, καὶ περὶ πάντας ὑπεράρας τὰς ἐν Φιλοσοφίᾳ γεγονότας, ὑπὸ τῶν Φασκόντων δεινῶν εἶναι τὰ πολιτικά, μικρὴ δὲν χλευαζόμενος, καὶ κωμωδύμενος διατελεῖ. καίτοι τὰκείνους σκοπῶν συχνῶς τις, ἂν εὖροι ῥάονα ὄντα καὶ τὰς τῶν πολλῶν ἔγγιον συνηθείας. αὐτὸς δὲ Πλάτων ὡμολόγησεν, ὅτι τὴν ἀληθῆ περὶ τοῦ Θεοῦ δόξαν εἰς τὴν τῶν ὄχλων ἄγνοιαν ἔκ ἦν ἀσφαλὲς ἐξενεγκεῖν. ἀλλὰ τὰ μὲν Πλάτωνος λόγους τινὰς εἶναι κενὸς νομίζουσι, κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν κεκαλλιγερασμένοις. μάλιστα δὲ τῶν νομοθετῶν Λυκῆργόν τε θαυμάζουσι, καὶ τὴν Σπάρτην ἅπαντες ὑμῶσιν, ὅτι τοῖς ἐκείνους νόμοις ἐπὶ πλεῖστον ἐνεκαρτέρησεν. ἔκ ἦν τῆτο μὲν ὁμολογεῖσθαι τεκμήριον ἀρετῆς εἶναι, τὸ πεῖθεσθαι τοῖς νόμοις. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιους θαυμάζοντες, τὸν ἐκείνων χρόνον ἀντιπαρεβαλλέτωσαν τοῖς πλείοσιν ἢ διχιλίοις ἔτεσι τῆς ἡμετέρας πολιτείας, καὶ προσέτι λογιζέσθωσαν, ὅτι Λακεδαιμόνιοι μὲν ὅσον ἐφ' ἑαυτῶν χρόνον εἶχον τὴν ἐλευθερίαν, ἀκριβοῶς ἔδοξαν τῆς νόμῃ διαφυλάττειν. ἐπεὶ μέντοι περὶ αὐτῆς ἐγένοντο μεταβολαὶ τῆς τύχης, μικρὴ δὲν ἀπάντων ἐξελάθοντο τῶν νόμων. ἡμεῖς δ' ἐν τύχαις μυρίαις γεγονότες, διὰ τὰς τῶν βασιλευσάντων τῆς Ἀσίας μεταβολὰς, ἔδ' ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῶν δεινῶν τῆς νόμῃς περὶδμεν, ἐκ ἀεργίας ἔδδ' τροφῆς αὐτῆς χάριν περιέποντες· ἀλλ' εἴ τις ἐθέλοι σκοπεῖν, πολλῶν τινι τῆς δοκῆσης ἐπιτεταχθῆαι Λακεδαιμόνιοις καρτερίας, μείζονας ἄθλης καὶ πόνης ἡμῖν ἐπιτιθέοντας, οἱ μὲν γε μήτε γῆν ἐργαζόμενοι, μήτε περὶ τέχνας ποιοῦντες, ἀλλὰ πάσης ἐργασίας ἄφροτοι, λιπαροὶ, καὶ τὰ σώματα πρὸς κάλλος ἀσκῶντες, ἐπὶ τῆς πόλεως διῆγον· ἄλλοις ὑπηρεταῖς πρὸς ἅπαντα τὰ τῷ βίῳ χρώμενοι, καὶ τὴν τροφὴν ἐτοιμὴν παρ' ἐκείνων λαμβάνοντες. ἐφ' ἣν δὲ τῆτο μόνον τὸ καλὸν ἔργον καὶ Φιλάνθρωπον, ἅπαντα καὶ πράττειν καὶ πάσχειν ὑπομένοντες, τὸ κρατεῖν πάντων, ἐφ' ἧς ἂν στρατεύωσιν· ὅτι δὲ μηδὲ τῆτο κατώρθωσαν, εἰώ λέγειν. ἡ γὰρ κατ'

persuadendi vim, qua philosophorum nationem longe superavit, Graecorum omnium ore ad miraculum usque celebratur: ille, inquam, Plato, eorum, qui aliquid se in rep. gerenda videre arbitrantur, risu prope ac sibilis tanquam in theatro traducitur. cuius tamen si quis hac de re scripta diligenter euoluerit, is molliora pleraque, vulgique consuetudini gemina reperiet. Nam ipse quidem ita proficitur, veram de Deo sententiam multitudinis stultitiae secure committi non posse. Caeterum ista Platonis instituta, sunt, quibus verba tantum inania, et exquisito quodam artificio contexta, videantur. At Lycurgum quod attinet, illum maxime omnium legislatorum in admiratione habent, Spartamque omnes praedicant, quod eius in legibus diutissime acquieuerit. Ergo primum hoc habemus, virtutis argumento esse, quod legibus obtemperent. Deinde praecones isti Lacedaemoniorum, exiguum illorum constantiae tempus cum duobus et amplius reip. nostrae annorum millibus conferant, tum ita secum ipsi reputent; Lacedaemonios, quamdiu solum antiquam libertatem retinere potuerunt, suarum quoque legum retinentes fuisse: ubi enim fortunae inclinationes factae essent, tum earum simul omnem prope memoriam abiēcisse; cum interea nos infinitis casibus, ob frequentes regum Asiae mutationes iactati, ne in supremis quidem periculis, nostras unquam leges prodidimus; non ut in otio viueremus, aut luxuriae nosmet daremus, eas obseruantes: sed, si quis considerare voluerit, multo maiora nobis certamina et opera imposita esse videbit, quam sit illa tolerantia, quae Lacedaemoniis iussa esse censetur. Illi quippe neque agrum colentes, neque circa opificia sese exercentes, sed ab omni opere vacui, pingues, et corpora ad pulchritudinem exercentes in ciuitate degebant, aliis ministris ad omnia vitae necessaria videntes, et cibum paratum ab illis accipientes. Quam sane ob rem, id quod solum opus bonum et humanum, omnia facere et pati sustinent, ut victoriam in bello reportent. Quod autem ne hoc quidem perficere potuerunt, omitte dicere.

ἓνα μόνον, ἀλλὰ πολλοὶ πολλάκις ἀθρόως τῶν τῷ νόμῳ προσαγμάτων ἀμελήσαντες, αὐτὰς μετὰ τῶν ὅπλων παρὰ-
δοσαν τοῖς πολεμίοις.

λβ'. Ἀρ' ὅν καὶ παρ' ἡμῖν, ὃ λέγω τοσούτης, ἀλλὰ
δύο ἢ τρεῖς ἔγνω τις προδότης γενομένος τῶν νόμων, ἢ θά-
νατον φοβηθέντας, ἔχοντες τὸν ῥᾶτον ἐκείνους λέγω, τὸν συμ-
βαίνοντα τοῖς μαχομένοις, ἀλλὰ τὸν μετὰ λύμης τῶν σω-
μάτων, ὁποῖος εἶναι δοκῇ πάντων χαλεπώτατος; ὅς
ἐγὼ νομίζω, τινὰς κρατήσαντας ἡμῶν ἔχοντες ὑπὸ μίσους
προσφερομένους ὡς ὑποχειρίους, ἀλλ' ὡς θαυμαστὸν τι θέαμα
βυλαμένους ἰδεῖν· εἴ τίτις εἰσιν ἄνθρωποι, οἱ μόνον εἶναι κα-
κὸν αὐτοῖς πεπιστευκότες, εἰ πράξαι τι παρὰ τῆς ἑαυτῶν
νόμου. ἢ λόγον εἰπεῖν παρ' ἐκείνης, παραβιασθέντες. ὃ χρὴ
δὴ θαυμάζειν, εἰ πρὸς θάνατον ἀνδρείως ἔχομεν ὑπὲρ τῶν
νόμων παρὰ τῆς ἄλλης ἅπαντας. ὁδὲ γὰρ τὰ ῥᾶτα δο-
κῆντα τῶν ἡμετέρων ἐπιτηδευμάτων ἄλλοι ῥαδίως ὑπομέ-
νουσιν, αὐτεργίαν λέγω, καὶ τροφῆς λιτότητα, καὶ τὸ μηδὲν
εἰκῇ, μηδ' ὡς ἔτυχεν ἕκαστος, ἐπιτεθυμηκὼς φαγεῖν, ἢ πιεῖν,
ἢ συνουσία προσελθεῖν, ἢ πολυτελεία, καὶ πάλιν ἀργίας
ὑπομῆναι τάξιν ἀμετακίνητον. ἀλλ' οἱ τοῖς ξίφεσιν ὁμοῦσι
χωρῶντες, καὶ τῆς πολεμίας ἐξ ἐφόδου τρεπόμενοι, τοῖς
προσάγμασι τοῖς περὶ διαίτης ἐκ ἀντέβλεψαν. ἡμῖν δὲ
πάλιν ἐν τῇ περὶ ταῦτα τῷ νόμῳ πενθαρχεῖν ἡδέως, κακῆς
περίεσιν ἐπιδείκνυσθαι τὸ γενναῖον.

λγ'. Εἶτα Λυσίμαχοι καὶ Μόλυνες, καὶ τοιοῦτοί τινες
ἄλλοι συγγραφεῖς, ἀδοκίμαστοι σοφισταί, μερακίων ἀπα-
τεῶνες, ὡς πάνυ ἡμᾶς φαυλοτάτης ἀνθρώπων λαιδορῆσαι.
ἐγὼ δ' ἔκ ἂν ἐβλαβήμην περὶ τῶν παρ' ἑτέροις νομίμων ἐξ-
τάξην. τὰ γὰρ αὐτῶν ἡμῖν φυλάττειν πάτριόν ἐστιν, ὃ τῶν
ἄλλοτέρων κατηγορεῖν· καὶ περὶ γε τῇ μῆτι χλευάζειν μῆ-
τε βλασφημεῖν τῆς νομιζομένης θεᾶς παρ' ἑτέροις, ἀντι-
πρὸς ἡμῖν ὁ νομοθέτης ἀπέειρηκεν, αὐτῆς ἔνεκα προσηγορίας
τῇ Θεᾷ. τῶν δὲ κατηγορεῖν διὰ τῆς ἀντιπαραθέσεως ἡμᾶς
ἐλόγχευεν οἰομένων, ἔχοντες οἷον τε κατασιωπᾶν, ἄλλως τε καὶ

Non enim singuli solummodo, sed et frequenter multi legis praecepta negligentes semetipsum cum armis hostibus tradidere.

32. Vtrum igitur apud nos, non dico totidem, sed duo vel tres agniti fuerint legis proditores, vel mortem formidantes, non dico illam facilem, quae solet praeliantibus accidere, sed quae cum corporis vexatione iuncta omnium videri solet grauissima? Quam (ut ego puto) quidam praevalentes nobis non per odium in potestatem suam reductis inflixerunt, sed desiderio videnti admirandum quoddam spectaculum, an homines sint, qui vnum tantummodo ipsis malum esse crederent, si agere quicquam contra leges suas, aut aliquid contra ipsas dicere, vlla vi adigerentur. Nihil enim miri esse debet, si mortem super alios omnes pro legibus fortiter appetimus. haud enim, quae ex nostris institutis facillima videntur, alii facile patiuntur, videlicet manuum laborem, simplicemque et tenuem victum, et ut nihil fortuito, neque quod quisque expetat, id comedat aut bibat, aut ad concubitum accedat, aut splendide vestiatur, rursusque, ut cessationis a labore modus immutabilis obseruetur. Quin et cum acie congregiuntur, et hostes ex incursibus et populationibus fugant, ordinationibus de vivendi ratione non reluctantur. Nobis vero rursus gratum est circa haec legibus obedire, et illic abunde habemus ad fortitudinis specimen exhibendum.

33. Et iam Lyfimachi et Molones, et quidam huiusmodi alii scriptores, improbi sophistae, adolescentum deceptores, nos quasi mortalium ignauissimos convitiis insectantur. Ego sane nolo in instituta aliena inquirere. quippe nostratibus moris est patrii propria servare, non aliena accusatum ire; et ridere eos quos gentium aliarum opinio deos confinxit, iisue maledicere, id expresse legislator noster vetuit ob ipsam Dei appellationem. Sed cum accusatores nos facta contentione a se refelli arbitrentur, tacere nequeo, prae-

τῷ λόγῳ μέλλοντος ἔχ' ὑφ' ἡμῶν ἐλεγχθῆσθαι τῶν νῦν αὐτὸν συτιθέτων, ἀλλ' ὑπὸ πολλῶν εἰρημένῃ καὶ λίαν εὐδοκίμωντων. τίς γὰρ τῶν παρὰ τοῖς Ἑλλήσιν ἐπὶ σοφία τε θαυμασμίῳν ἔκ ἐπιτετίμηκε καὶ ποιητῶν τοῖς ἐπιφανιστάτοις, καὶ νομοθετῶν τοῖς μάλιστα πεπιστευμένοις, ὅτι τοιαύτας δόξας περὶ θεῶν ἐξ ἀρχῆς τοῖς πλήθεσιν ἐγκατέσπειραν. ἀριθμῷ μὲν ὁπόσους ἂν αὐτοὶ ἐθελήσωσιν ἀποφῆναι, ἐξ ἀλλήλων δὲ γινομένης, καὶ κατὰ παντοίους τρόπους γενέσων. τῆς δὲ καὶ διαιρεῖντες τόποις καὶ διαίταις, ὥσπερ τῶν ζώων τὰ γένη, τῆς μὲν ὑπὸ γῆν, τῆς δὲ ἐν θαλάττῃ, τῆς μέντοι πρεσβυτάτης αὐτῶν ἐν ταρτάρῳ δεδεμένης. ὅσοις δὲ τὸν ἕρανὸν ἀπένειμαν, τῶν πατέρων μὲν τῷ λόγῳ, τύραννον δὲ τοῖς ἔργοις καὶ δεσπότην ἐφιστάντες· καὶ διὰ τῆτο συνισαμένην ἐπιβλήν ἐπ' αὐτὸν ὑπὸ γυναικὸς καὶ ἀδελφῶ καὶ θυγατρὸς, ἣν ἐκ τῆς αὐτῆς κεφαλῆς ἐγέννησεν, ἵνα δὲ συλλαβόντες αὐτὸν καθιέρῳσιν, ὥσπερ αὐτὸς ἐκεῖνος τὸν πατέρα τὸν αὐτῆ.

λδ'. Ταῦτα δικαίως μέμψως πολλῆς ἀξίῳσιν οἱ Φρονησὶ διαφέροντες, καὶ πρὸς τῶν καταγελῶσιν, εἰ τῶν θεῶν τῆς μὲν ἀγενεῖας καὶ μεираία, τῆς δὲ πρεσβυτέρας καὶ γενειῶντας εἶναι χρὴ δοκεῖν, ἄλλας δὲ τετάχθαι πρὸς ταῖς τέχναις, χαλκεύοντά τινα, τὴν δὲ ὑφαίνεσαν, τὸν δὲ πολεμῶντα καὶ μετὰ ἀνθρώπων μαχόμενον, τῆς δὲ καθαρίζοντα, ἢ τοξικῇ χαίροντα· εἰτ' αὐτοῖς ἐγγινομένης πρὸς ἀλλήλους εἰσῆς, καὶ περὶ ἀνθρώπων φιλονεικίας, μέχρι τῆ μὴ μόνον ἀλλήλοις τὰς χεῖρας προσφέρειν, ἀλλὰ καὶ ὑπ' ἀνθρώπων τραυματιζομένης ἐδύρεσθαι καὶ κακοπαθεῖν. τὸ δὲ πάντων ἀσέλγεςτον, τὴν περὶ τὰς μίξεις ἀκρασίαν, καὶ τῆς ἐρωτας, πῶς ἔκ αὐτοπον μικρῷ δεῖν ἀπασὶ προσάψαι, καὶ τοῖς ἄρρεσι τῶν θεῶν καὶ ταῖς θηλείαις; εἰδ' ὁ γενναιότατος καὶ πρῶτος αὐτὸς ὁ πατήρ, τὰς ἀπατηθείσας ὑπ' αὐτῆ καὶ γενομένης ἐγκύας, καθιεργνυμένης ἢ καταποντιζομένης περιορᾷ· καὶ τῆς ἐξ αὐτῆ γεγοιότας ἕτασώζειν δύναται, κρατῶμενος ὑπὸ τῆς εἰμαρμένης, ἕτ

sertim cum quae dicturus sum, ea non nunc primum a nobis excogitata, sed iam ante a multis et quidem probatissimis dicta fuisse constet. Quis enim eorum, qui apud Graecos ob sapientiam in admiratione habentur, non redarguit nobilissimos poetas, et legiflatores maxime fidei, quod tales de diis opiniones ab initio populis inseruerint; facientes eos numero quidem quantos ipsi voluere, ex alterutris vero et variis nascendi modis procreatos, hos autem separantes locis et habitaculis, tanquam genera animalium, alios quidem sub terra, alios in mari, illorum vero antiquissimos in tartaris victos collocarunt. Quibus vero coelum attribuerunt, his verbo quidem patrem, re autem vera tyrannum et dominum praeficiendo: ideoque constatas finxerunt in eum insidias ab vxore et fratre et filia, quam suo e capite procreauit, ut ipsum comprehensum vincirent, sicut et ille ipsum suum patrem.

34. Ista multa reprehensione digna existimant viri sapientia praecellentes, et praeterea in ridiculo habent, quod deorum quidem aliquos imberbes et adolescentulos, alios vero aetate prouectiores et barbatos esse credendum sit; quin et alios artibus praefectos esse, vinum quippe fabrum, aliamque textricem, hunc vero belligerantem et cum hominibus pugnantem, aliosque citharizantes, aut arcu gaudentes: deinde inter se inuicem seditiones exortas et hominum gratia contentiones, ut non solum inter se alii aliis manus iniicerent, sed etiam ab hominibus vulnerati lugerent, malaque perferrent. Quod vero omnium flagitiosissimum, coitus intemperantiam et amores omnibus fere tum maribus tum feminis diis tribuere, quomodo non absurdum? Deinde, quod praestantissimus illorum et princeps, idemque pater, seductas a semetipso et grauidas factas mulieres, in carcerem inclusas, aut in mare demersas, insuper habeat: eosque, qui ex eo nati sunt, nec liberare possit, utpote fato constrictus, neque suis lacrymis

ἀδακρυτὴ τῆς θανάτης αὐτῶν ὑπομένειν. καλὰ γε ταῦτα καὶ τῆτοις ἄλλα ἐπόμεινα. μοιχείας μὲν ἐν ἔρανῳ βλέπο- μένας ἕτως ἀναισχύντως ὑπὸ τῶν θεῶν, ὥστε τινὰς καὶ ζή- λην ὁμολογεῖν τῆς ἐπ' αὐτῇ δεδεμένως. τί γὰρ ἔκ ἔμελλον, ὅποτε μὴδ' ὁ πρεσβύτατος καὶ βασιλεὺς ἐδυνήθη τῆς πρὸς τὴν γυναῖκα μίξεως ἐπιχεῖν τὴν ὀρμὴν, ὅσον γυνεὺς εἰς τὸ δωματίον ἀπέλθειν. οἱ δὲ δὴ δαλεύοντες τοῖς ἀνθρώποις θεοὶ, καὶ νῦν μὲν οἰκοδομῶντες ἐπὶ μισθῷ, νῦν δὲ ποιμαίνον- τες, ἄλλοι δὲ τρόπον κακῆργων ἐν χαλκῷ δεδεμένοι δε- σμωτηρίῳ, τίνα τῶν εὐφρονάντων ἔκ ἂν παροξύνειαν, καὶ τοῖς ταῦτα συνθῆσιν ἐπιπλήξαι, καὶ πολλὴν εὐήθειαν καταγνῶναι τῶν προῖσμένων. οἱ δὲ καὶ δῆμόν τινα καὶ φό- βον, ἥδη δὲ καὶ λύσσαν καὶ ἀπάτην, καὶ τί γὰρ ἔχι τῶν κακίστων παθῶν εἰς Θεῷ φύσιν καὶ μορφὴν ἀνέπλασαν. τοῖς δὲ εὐφημοτέροις τῶν καὶ θύμην τὰς πόλεις ἔπεισαν. τοιγαρὲν εἰς πολλὴν ἀνάγκην καθίστανται, τῆς μὲν τινὰς τῶν θεῶν νομίζεν δοτῆρας ἀγαθῶν, τῆς δὲ καλεῖν ἀπο- τροπαίης. εἴτα δὲ τῆτης, ὥσπερ τῆς πονηροτάτης ἀνθρώ- πων, χάρισι καὶ δώροις ἀποσείονται, μέγα τι λήψεσθαι κακὸν ὑπ' αὐτῶν προσδοκῶντες, εἰ μὴ μισθὸν αὐτοῖς πα- ράχουεν.

λέ. Τί τοίνυν τὸ αἷτιον τῆς τοσαύτης ἀνωμαλίας, καὶ περὶ τὸ θεῖον πλημμελείας; ἐγὼ μὲν ὑπολαμβάνω, τὸ μήτε τὴν ἀληθῆ τῇ Θεῷ φύσιν ἐξ ἀρχῆς συνιδεῖν αὐτῶν τῆς νομοθέτας· μήθ' ὅσον καὶ λαβεῖν ἠδυνήθησαν ἀκριβῆ γνῶσιν διορίσαντας, πρὸς τῷ το ποιήσασθαι τὴν ἄλλην τά- ξιν τῇ πολιτεύματός. ἀλλ' ὥσπερ ἄλλο τι τῶν φαυλοτά- των ἐφῆκαν, τοῖς μὲν ποιηταῖς, ὅστινας ἂν βύλωνται θεῆς εἰσάγειν, πάντα πάχοντας· τοῖς δὲ ῥήτορσι, πολιτογρα- φεῖν διὰ ψηφισμάτων ξένων θεῶν τὸν ἐπιτήδειον. πολλῆς δὲ καὶ ζωγράφου καὶ πλάσας τῆς εἰς τῷτο παρὰ τῶν Ελλή- νων ἀπήλαυσαν ἐξουσίας, αὐτὸς ἕκαστος τινα μορφὴν ἐπι- νοῶν, ὁ μὲν ἐκ πολλῇ πλάττων, ὁ δὲ γράφων. οἱ δὲ μά- λιστα θαυμαζόμενοι τῶν δημιουργῶν τὸν ἐλέφαντα καὶ τὸν

eorum perferre mortes. Pulchra sane haec, et his alia consequentia: quod adulterium in coelo ita impudenter spectetur a diis, ut alii inuidere se faterentur in tali foeditate victis. Quid enim facturi non essent, cum nec vetustissimus quidem illorum et rex ab uxoris congressu continere se potuerit, donec saltem in cubiculum venissent. Alii quidem dii seruientes hominibus, et nunc mercedis gratia aedificantes, nunc vero greges pascentes, alii iterum maleficorum more in ferreo carcere victi, quem sapientum non irritarunt, et ad eos redarguendos, qui talia finxerunt, et ad magnam credentium stultitiam condemnandam. Alii vero et pauperem quandam et terrorem, necnon et rabiem atque fraudem, et omnes perturbationes pessimas in Dei naturam formamque effinxerunt. harumque honestioribus sacra facere ciuitatibus persuaferunt. Vnde necesse habent, ut deorum quosdam bonorum largitores, aliosque vocent malorum depulsores. deinde vero eos, veluti malignissimos homines, muneribus atque donis placare contendunt, magni quid mali se ab illis passuros expectantes, nisi mercedem eis studiose praebuerint.

35. Quae igitur causa est tantae inaequalitatis, tantique in Deum delicti? Ego quidem arbitror, quod neque veram Dei naturam principio perspexerint eorum legislatores, neque quantum consequi valuerant, cognitionem accurate explicarint, inde alio modo ordinasse remp. sed quasi res esset parui itidem, ut aliae, momenti, neglexerunt, dantes potestatem poetis, ut quos vellent Deos introducerent omnia pati paratos; rhetoribus vero, deos peregrinos, ut quemque maxime idoneum iudicaret, plebiscito admittere. Quin et pictores et plastae in hoc apud Graecos multam habuere potestatem, ut cuilibet liceret formam quandam excogitare, alius quidem ex luto quod vellet fingens, alius vero pingens. Qui vero opificum maxime in admiratione sunt, ebur et aurum habent subiectam per-

χευσὸν ἔχουσι, τῆς αἰὶ καινουργίας τὴν ὑπόθεσιν. καὶ
 μὲν τῶν ἱερῶν ἐν ἐρημίᾳ παντελῶς εἰσιν, τὰ δὲ ἐμπροσ-
 δα αὖ καθάρσιν παντοδαπαῖς περικοσμήματα. εἰδὲ
 πρότερον ἐν ταῖς τιμαῖς ἀκμάσαντες θεοὶ γεγενημένοι
 δὲ ἱπακμάζοντες τῶν ἐν δευτέρᾳ τάξει ὑποβιβλῆναι
 ἔτω γὰρ εὐφημότερον λέγειν. ἄλλοι δὲ καὶ τοὶ τοῖς ἐκ
 γόμενοι θεοσκήας τυγχάνουσιν, ὡς, ἐν παρεμβάσει ἐπὶ
 εἰπομεν, τὰς τύχας ἐρημωθέντας καταλιπεῖν. καὶ τῶν
 ἱερῶν τὰ μὲν ἐρημῶνται, τὰ δὲ νεωστὶ κατὰ τὴν τῶν αἰθέρων
 βύλησιν ἑκάστος ἰδρύεται. δεὸν τὸν ἀντίον τὴν περὶ τῆς
 δόξαν αὐτῆς, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν τιμὴν ἀμετακλήτως
 φυλάττειν.

Λζ'. Απολλώνιος μὲν ὅν ὁ Μόλων τῶν αἰσώτων ἐστὶ
 καὶ τετυφωμένων. τῆς μέντοι κατὰ ἀλήθειαν ἐν τοῖς Ἑλλ-
 νικοῖς φιλοσοφήσαντας, ὅτε τῶν προειρημένων ὁδῶν ἐκ-
 θεῖν, ὅτε τὰς ψυχὰς προφάσεις τῶν ἀλληγορῶν ἡγή-
 σαν· δι' ὅπερ τῶν μὲν εἰκότως κατεφρόνισαν, εἰς δὲ τὴν
 ἀληθῆ καὶ πρέπησαν περὶ τῆς Θεῆς δόξαν ἡμῖν συνετί-
 σαν. ἀφ' ἧς ὁρμηθεὶς ὁ Πλάτων, ὅτε τῶν ἄλλων ὁδῶν
 ποιητῶν φησὶ δεῖν εἰς τὴν πολιτείαν παραδέχεσθαι, καὶ τὴν
 Ὀμηρον εὐφώμως ἀποπέμπεται, σφαιρώσας, καὶ μύσας
 τῆς καταχέας, ἵνα δὴ μὴ τὴν ὁρθὴν δόξαν περὶ Θεῆς τοῖς
 τοῖς ἀφανίσαι. μάλιστα δὲ Πλάτων μεμίμηται τοῖς ἡμι-
 ρον νομοθέτην, καὶ τῶ μὴδὲν ἔτω παιδεύμα προσάπτει
 τοῖς πολίταις, ὡς τὸ πάντας ἀκριβῶς τῆς νόμης ἐκμαθε-
 νειν· καὶ μὴ καὶ περὶ τῆς μὴ δεῖν ὡς ἔτυχεν ἐπιμίγηται
 τινὰς ἔξωθεν, ἀλλ' εἶναι καθαρὸν τὸ πολίτευμα τῶν ἡμι-
 ροντων τοῖς νόμοις πεινρήσας. ὡς ὁδὸν λογισάμενος ὁ
 Μόλων Απολλώνιος ἡμῶν κατηγόρησεν, ὅτι μὴ παραδεχόμε-
 νος τῆς ἄλλαις προκατελημμέναις δόξαις περὶ Θεῆς, μετὶ
 τῶν ἡμι-ρων ἐθέλομεν τοῖς καθ' ἑτέραν συνήθειαν βίῃ ζῆναι
 ῥημένοις. ἀλλ' ὁδὸν τῆς ἐστὶν ἰδίον ἡμῶν· κοινὸν δὲ πάν-
 τος Ἑλλήνων δὲ μόνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν τοῖς Ἑλλήσπεσι
 κινωτάτων. Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ ξηλασίας ποιῶντες

petuo rei nouae exprimendae materiam. Proinde sanorum quidem alia plane iacent in solitudine, alia singulari studio frequentantur et expiationum omni genere exornantur. Et qui antea honoribus floruerunt dii, consenuere; qui vero aetate vigent, ii in secundam classem, ut honorificentius dicam, surrogati sunt. Alii noui, nescio qui, introducti religione potiuntur, ut interim, quod diximus, deserta loca derelinquantur. Et sanorum alia deferuntur: alia cuiusuis ad arbitrium recens construuntur. Cum contra oporteat ipsos opinionem de Deo, honoremque ei debitum absque omni mutatione seruare.

36. Et Apollonius quidem Molon erat e numero stultorum et superbia inflatorum. Eos autem de Graecis, qui in scriptis suis vere philosophati sunt, neque praedictorum aliquid latuit, neque frigidas allegiarum excusationes ignorauere. Itaque illos quidem iuste spreuere, et in vera decentique de Deo opinione nobiscum consenserunt. Quare motus Plato neque vllum quempiam poetarum censet in remp. esse admitterendum; et Homerum honorifice amouet, coronatum et vnguento delibutum, ne rectam de Deo opinionem fabulis destrueret. Plato autem potissimum imitatus est legislatorem nostrum, in hoc, quod nihil magis ciuibus praeceperit, quam ut accurate omnes leges ediscerent, et ne temere extraneorum ulli suis miscerentur, sed ex solis iis constaret respublica, qui legibus parerent, curauit. De quibus nihil cogitans Apollonius Molo, accusationem in nos instituit; quod eos non recepimus, qui aliis de Deo opinionibus sunt praecoccupati, neque cum eis consortium habere volumus, qui aliud vitae institutum elegerint. Verum neque hoc proprium generis nostri; sed commune omnium, non modo Graecorum, verum etiam eorum, qui inter Graecos probatissimi habentur. Quia et Lacedaemoniis curae erat perpetuae peregrinos ex-

διτέλιν, καὶ τοῖς αὐτῶν ἀποδημῶν πολίταις ἔκ ἐπέτρεπον· διαφθορὰν ἐξ ἀμφοῖν ὑφορώμενοι γενήσασθαι περὶ τὰς νόμους. ἐκείνοισι μὲν ἔν τάχα δυσκολίαν τις ὀνειδίσκειν ἂν εἰκότως. ὁ δὲν γὰρ ἔτε τῆς πολιτείας, ἔτε τῆς παρ' αὐτοῖς μετεδίδουσιν διατριβῆς. ἡμεῖς δὲ τὰ μὲν τῶν ἄλλων ζηλῶν ἔκ ἀξιοῦμεν· τὰς μέντοι μετέχουσιν τῶν ἡμετέρων βελομένους ἡδέως δεχόμεθα. καὶ τῆτο ἂν εἴη τεκμήριον, ὅλμα, Φιλανθρωπίας ἅμα καὶ μεγαλοψυχίας.

λζ'. Εὖ περὶ Λακεδαιμονίων ἐπὶ πλείω λέγειν. οἱ δὲ κοινὴν εἶναι τὴν ἑαυτῶν δόξαντες πόλιν Ἀθηναῖοι, πῶς περὶ τῶν εἶχον, Ἀπολλώνιος ἠγνόησεν· ὅτι καὶ τὰς ῥῆμα μόνον παρὰ τὰς ἐκείνων νόμους φθουραμένους περὶ Θεῶν ἀπαραιτήτως ἐκόλασαν. τίνος γὰρ ἑτέρου χάριν Σωκράτης ἀπέθανεν; ἢ γὰρ δὴ προεδίδε τὴν πόλιν τοῖς πολεμίοις, ὁ δὲ τῶν ἰερέων ἐσύλησεν ὁ δὲν. ἀλλ' ὅτι καινὰς ὅρκους ὤμνουν, καὶ τι δαιμόνιον αὐτῷ σημαίνειν ἔφασκεν, ἢ σπυρδάζων, ἢ διαπαίζων, ὡς ἔνιοι λέγουσι, διὰ ταῦτα κατεγνώθη κώνειον πικρὸν ἀποθανεῖν. καὶ διαφθείρειν δὲ τὰς νέας ὁ κατηγορὸς αὐτὸν ἠτιάτο, τῆς πατρὸς πολιτείας καὶ τῶν νόμων ὅτι προῆγεν αὐτὰς καταφρονεῖν. Σωκράτης μὲν ἔν πολίτης Ἀθηναίων τοιαύτην ὑπέμεινε τιμωρίαν. Ἀναξαγόρας δὲ Κλαζομένιος ἔν. ἀλλ' ὅτι, νομιζόντων Ἀθηναίων, τὸν ἥλιον εἶναι Θεόν, ὃ δ' αὐτὸν ἔφη μύθεον εἶναι διάπυρον, θάνατον αὐτῷ παρ' ὀλίγας ψήφους κατέγνωσαν. καὶ Διαγόρα τῷ Μηλίῳ τάλαντον ἐπεκέρυξαν, εἴ τις αὐτὸν ἀνέλοι· ἐπεὶ τὰ παρ' αὐτοῖς μυστήρια χλευάζειν ἐλέγετο. καὶ Πρωταγόρας, εἰ μὴ θᾶπτον ἔφυγε, συλληφθεὶς ἂν ἐτεθνήκει, γράψαι τι δόξας ἔχ ὁμολογῶμενοι τοῖς Ἀθηναίοις περὶ Θεῶν. τί δὲ δὲ θαυμάζουν, εἰ πρὸς ἄνδρας ἔτως ἀξιοπίστους διετίθησαν, οἳ γε μηδὲ γυναικῶν ἐφίσταντο; νῦν μὲν γὰρ τινα ἱερῶν ἀπέκτειναν, ἐπεὶ τις αὐτῆς κατηγορήσεν, ὅτι ξένους ἐμύει Θεός. νόμῳ δ' ἦν τῆτο παρ' αὐτοῖς κεκωλυμένον, καὶ τιμωρία κατὰ τῶν ξένων εἰσαγόντων Θεὸν ὄριστο θάνατος. οἱ δὲ τοιαῦτα νόμῳ

pellere; neque suis ciuibus peregrinari permittebant, quod utroque modo leges labefactari suspicarentur. Et hos quidem iuste forsan difficiles morososque esse quis existimet. nemini enim aut de rep. sua aut diutina apud ipsos mora participare concedunt. Nos autem aliorum instituta imitari nolumus: qui vero nostrorum participes esse cupiunt, libenter excipimus. quod utique reor indicium humanitatis et magnanimitatis nostrae.

37. Sed desino iam de Lacedaemoniis amplius dicere. Athenienses vero, qui suam ciuitatem omnibus communem esse gloriantur, quomodo se his de rebus habuerint, Apollonius ignorauit: quod scilicet in aduersione poenaeque inexorabiles erant, si qui vel verbum praeter legem de diis loquerentur. Cuius enim rei alterius gratia Socrates diem obiit supremum? Non enim hostibus prodidit ciuitatem, neque fanum aliquod spoliavit: sed ei vitio vertitur, quod nouo more iurabat, et daemonem quendam id ipsum ei indicasse referebat, siue serio, siue (ut dicunt quidam) ioco, et propter hoc morti damnatus est cicutam bibendo. Insuper et iuuenem eum corruptorem esse aiebat accusator, quod auctor illis fuerit patria instituta legesque contemnendi. Et Socrates quidem ciuis Atheniensis huiusmodi poenam sustinuit. Anaxagoras autem Clazomenius erat. Sed quia Athenienses solem esse Deum existimarent, ille vero eum ignem candentem esse dixerit, paucis tantum suffragiis absolutus est. Eique, qui Diagoram Melium occideret, talentum datum iri edicto pronunciarunt, utpote qui eorum mysteria deridere ferebatur. Et Protagoras, nisi ocyus aufugisset, comprehensus interiisset, quod aliquid scripsisse putaretur discrepans ab Atheniensium de diis opinionibus. Quid autem miri esse debet, si in viros adeo fide dignos eo animo fuerint, qui ne mulieribus quidem pepercere? Etenim sacerdotem quandam interfecerunt, quodam eam accusante, quod deos docuerit peregrinos; lege quippe hoc vetitum erat, morsque eis in poenam decreta, qui deos peregrinos introducerent. Igitur qui tali

χρώμενοι, δηλονότι τῆς τῶν ἄλλων ἔκ ἐνόμιζον εἶναι θεῶν.
 ὃ γὰρ ἂν αὐτοῖς πλεονάζει ἀπολαύειν ἐφθόνην. τὰ μὲν ἢ
 Ἀθηναίων ἄχετό καλῶς. Σκύθαι δὲ Φόνοις χαίροντες αἰ-
 θρώπων, καὶ βραχὺ τῶν θηρίων διαφέροντες, ὅμως τε
 παρ' αὐτοῖς οἶοντα εἶναι περιστέλλειν· καὶ τὸν ὑπὸ τῶν Ελ-
 λήνων ἐπὶ σοφία θαυματούμενον τὸν Ἀνάχαρσιν, ἱππικῶ-
 ὄντα πρὸς αὐτὴν ἀνέλκον, ἐπεὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐθῶν ἰσοῦσθαι
 ἤκειν ἀνάπλευς. πολλὰς δὲ καὶ παρὰ Πέρσαις αἰ τις ἴσ-
 ροι καὶ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν κεκολασμένους. ἀλλὰ δηλοῖται
 τοῖς Περσῶν ἔχαιρε νόμοις ὁ Ἀπολλάνιος, καί κείνους ἐθαύμα-
 ζεν, ὅτι τῆς ἀνδρείας αὐτῶν ἀπήλαυσαν οἱ Ἕλληνες, καὶ
 τῆς ὁμογνωμοσύνης ἣς εἶχον περὶ θεῶν· ταύτης μὲν οὐκ, ἢ
 τοῖς ἱεροῖς, οἷς κατέπερσαν, τῆς ἀνδρείας δὲ, δαλῶσαι πα-
 ρὰ μικρὸν ἐλθόντες. ἀπάντων δὲ καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων
 μιμητὴς ἐγένετο τῶν Περσικῶν· γυναῖκας ἀλλοτριᾶς ὕψι-
 ζων, καὶ παῖδας ἐκτέμνων. παρ' ἡμῖν δὲ θάνατος ὤρεται,
 καὶ ἄλογόν τις ζῶον ὕψος ἀδικῇ· καὶ τῶν ἡμᾶς τῶν ἰσ-
 μων ἀπαγαγεῖν, ὥστε φόβος ἴχουσι τῶν κρατησάντων, ἐπὶ
 ζῆλος τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις τιμημένων. ὃ δὲ τὴν αἰσχρίαν
 ἠσκήσαμεν ἐπὶ τῷ πολέμῳ ἄρσασθαι χάριν πλεονεξίας,
 ἀλλ' ἐπὶ τῷ τῆς νόμους διαφυλάττειν. τὰς γὰρ ἄλλας ἐλατ-
 τώσεις πρῶτος ὑπομένοντες, ἐπειδὴν τινες ἡμᾶς τὰ νόμιμα
 κινεῖν ἀναγκάζωσι, τότε καὶ παρὰ δύναμιν αἰετούμεθα πο-
 λέμους, καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων ταῖς σύμφοραῖς ἐγκατετι-
 μεν. διὰ τί γὰρ ἂν καὶ ζήλωσάμεν τῆς ἐτέρας νόμους;
 ὁρῶντες μήτε παρὰ τοῖς θεμένοις αὐτὴς τετηρημένους; τίς
 γὰρ ἔκ ἐμῶν Λακεδαιμόνιοι μὲν τῆς ἀνεκμιμέτης κατα-
 γνώσεσθαι πολιτείας, καὶ τῆς περὶ τῆς γάμους ἐλγυρίας;
 Ἡλεῖοι δὲ καὶ Θηβαῖοι τῆς παρὰ φύσιν καὶ ἄγαν ἀνδρῶν
 πρὸς τῆς ἄρρενας μίξεως; ἃ γὰρ κάλας κάλλιπα καὶ συμ-
 φορώτατα πράττειν ὑπελάμβανον, ταῦτ' εἰ μὴ καὶ πατή-
 ρασιν τοῖς ἔργοις πεφύγασιν, ἔχ' ὁμολογῆσαν. ἀλλὰ καὶ
 τῆς περὶ αὐτῶν νόμους ἀπομίμνυνται, τοσούτον ποτε παρὰ
 τοῖς Ἕλλησιν ἰχύσαντας, ὥστε καὶ τοῖς θεοῖς τὰς τῶν ἄν-

lege utebantur, aliorum fane deos non credebant esse deos: non enim, si credidissent, seipsos beneficio ex pluribus diis priuassent, tam bene scilicet administrabatur Atheniensium respublica. Scythae autem caedibus gaudentes humanis, et parum admodum differentes a bestiis, arbitrantur tamen, sua mysteria esse custodienda: et Anacharsim, quem Graeci sapientiae ergo mirati sunt, ad ipsos reuersum occiderunt, quod visus sit morum Graecorum plenus ad eos venire. Quin et multos apud Persas inuenire est huiusmodi de causa supplicio affectos. Sed palam est, quod Apollonio placuerint leges Persarum, illosque in admiratione habuerit? quod eorum fortitudo et de diis concursus opinio Graecis fuisset conducibilis: haec videlicet in templorum concrematione, illa in eo, quod propeinodum in seruitutem ab illis redacta fuerit Graecia. Is autem morum omnium imitator exstitit Persicorum, vxoribus alienis iniurias faciens, et filios castrans. Apud nos autem mors decreta est, si quis vel animalia rationis expertia hoc modo laedat: et ab his legibus nos abducere neque timor potuit dominorum praepotentium, neque desiderium eos aemulandi, qui apud alios honorantur. Neque fortitudinem exercuimus, ad bella suscipienda, ut res nostras augeamus, sed ut leges nobis maneant. Caetera igitur damna ferentes leniter, ubi sunt, qui nos a legibus cogant discedere, hinc etiam supra vires bella sumimus, et ad vltima usque mala duramus. Cur itaque nos aliorum aemulemur leges, cum eas neque a legislatoribus suis seruatas videamus? Quidni enim damnarent Lacedaemonii infociabilem illam formam reip. neglectumque nuptiarum; et Elei et Thebani proiectissimum illum et contra naturam cum maribus concubituum? Nam quae olim honestissime et vtilissime a se fieri arbitrabantur, ea nisi reipsa prorsus fugerunt, non contentur. quinimo latus de eis leges admisceant. quae quondam tantum apud Graecos valuerunt, ut etiam diis marium coitus tribue-

ρέναν μίξεις ἐπεφήμεσαν· κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ τὴς τῶν γησιῶν ἀδελφῶν γάμους, ταύτην ἀπολογίαν αὐταῖς τῶν ἀτόπων καὶ παρὰ φύσιν ἡδονῶν συντιθέντες.

λγ'. Εὖ νῦν περὶ τῶν τιμαριῶν λέγειν, ὅσας μὲν ἐξ ἀρχῆς ἔδοσαν οἱ πλείστοι νομοθέται τοῖς πονηροῖς διαλύσεις· ἐπὶ μοιχείας μὲν ζημίας χρημάτων, ἐπὶ φθοράς δὲ γάμους νομοθετήσαντες. ὅσας καὶ περὶ τῆς ἀσιβείας προφάσεις περιέχουσιν ἀρετήσεως, εἰ καὶ τις ἐπιχειρήσῃν ἐξετάζῃν. ἤδη γὰρ παρὰ τοῖς πλείοσι μελέτη γέγονε τῷ παραβαίνειν τὴς νόμου· ἢ μὴν καὶ παρ' ἡμῖν. ἀλλὰ καὶ πλῆττε, καὶ πόλεις, καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν στερηθῶμεν, ὁ γὰρ νόμος ἡμῖν ἀθάνατος διαμένει· καὶ ἡδεὶς Ἰουδαίων, ὅτε μακρὰν ἔτις ἂν ἀπέλθοι τῆς πατρίδος, ἡδ' ἐπίπικρον φοβηθήσεται δεσπότην, ὡς μὴ πρὸ ἐκείνου δεδιέναι τὸν νόμον. εἰ μὲν ἂν διὰ τὴν ἀρετὴν τῶν νόμων ἔτις πρὸς αὐτὴς διακείμεθα, συγχωρησάτωσαν, ὅτι κρατίστους ἔχομεν νόμους. εἰ δὲ Φαύλοισι ἔτις ἡμᾶς ἐμμένειν ὑπολαμβάνουσι, τί ἔκ ἂν αὐτοὶ δικαίως πάθοιεν, τὴς κρείττονας ἢ φυλάττοντες; ἐπεὶ τοῦτων ὁ πολὺς χρόνος πιστεύεται πάντων εἶναι δοκιμασῆς ἀληθέστατος· τῆτον ἂν ποιησαίμην ἐγὼ μάρτυρα τῆς ἀρετῆς ἡμῶν τῷ νομοθέτῃ, καὶ τῆς ὑπ' ἐκείνου φήμης περὶ τῷ Θεῷ παραδοθείσης. ἀπείρες γὰρ τῷ χρόνῳ γεγονότος, εἴ τις αὐτὸν παραβάλλοι ταῖς τῶν ἄλλων ἡλικίαις νομοθετῶν, παρὰ πάντας εὖροι τῆτον.

λδ'. Ὅφ' ἡμῶν τε διηλέγχθησαν οἱ νόμοι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις, αἰεὶ καὶ μᾶλλον αὐτῶν ζῆλον ἐμπεποιήκασιν. πρῶτοι μὲν γὰρ οἱ παρὰ τοῖς Ἑλλήσι φιλοσοφήσαντες, τῷ μὲν δοκεῖν τὰ πάτρια διεφύλαττον· ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ τῷ φιλοσοφεῖν ἐκείνῳ κατηκολύθησαν, ὅμοια μὲν περὶ Θεῷ φρονῶντες, εὐτέλειαν δὲ βίῃ καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους κοινωνίαν διδάσκοντες. ἢ μὴν ἀλλὰ καὶ πλήθεισιν ἤδη πολὺς ζῆλος γέγονεν ἐκ μακρῷ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας. ἡδ' ἔστιν ἢ πόλις Ἑλλήνων ἡθητιστῶν, ἡδὲ Βάρεβαρος, ἡδὲ ἐν ἔθνος, ἐνθα μὴ τὸ τῆς ἐβδομαίδος, ἢ

rint; eademque ratione germanorum sororum connubia, hanc sibi illicitarum et naturae repugnantium voluptatum excusationem comminiscentes.

38. Superfedeo nunc de poenis dicere, quot dederint olim plerique legislatores improbis compositiones, dum in adulterio multam pecuniariam, in corruptela connubium sanciunt. Quot etiam impietatis crimine occasiones suppeditentur negandi, si quis reum examinare conetur. Iam enim apud plerosque meditatio inolevit leges violandi. apud nos non ita est. Quin etiam si diuitiis et vrbibus caeterisque bonis priuemur, at lex quidem nobis permanet immortalis: nec vllus vnquam Iudaeorum vel tam procul discesserit a patria, vel peracerbum ita formidauerit dominum, quin legem magis formidet. Si igitur ob legum virtutes sic sumus in eas animati, fateantur nos optimas habere leges. Sin malis legibus sic nos obtemperare arbitrantur, quam poena digni sunt ipsi, qui melioribus non parent? Et quoniam temporis longinquitas exploratrix creditur esse omnium verissima, hanc ego testem non dubitem facere tum virtutis nostri legislatoris, tum traditae ab illo de Deo persuasionis. Nam cum immensum tempus elapsum sit, si quis eum cum caeterorum legislatorum conferat aetatibus, inueniet, eum longe ante omnes fuisse.

39. Iam ipsius leges caeteris omnibus mortalibus semper magis magisque aemulationem sui commouisse, a nobis demonstratum est. Primi enim, qui apud Graecos philosophati sunt, patria quidem instituta visi sunt seruare: sed in actionibus studioque sapientiae illum sequuti sunt, tum eadem de Deo sentientes, tum victus tenuitatem et mutuam inter homines communionem docentes. Quin et iam pridem nostrorum Dei colendi rituum imitandorum quamplurimis desiderium incessit. neque vlla vel Graecorum vrbis est, vel barbarorum, neque vlla gens, ad quam non peruenerit septi-

ἀργῦμεν ἡμεῖς, τὸ ἔθος δὲ διαπιφοίτηκε· καὶ αἱ κηδεῖαι, καὶ λύχνων ἀνακαύσεις, καὶ πολλὰ τῶν εἰς βρωσὶν ἡμῖν δὲ νομισμένων παρατετήρηται. μιμῆσθαι δὲ περὶ τῶν καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν ὁμόνοϊαν, καὶ τὴν τῶν ὄντων ἀνάδοσιν, καὶ τὸ φιλεργὸν ἐν ταῖς τέχναις, καὶ τὸ καρτερικὸν ἐν ταῖς ὑπὲρ τῶν νόμων ἀνάγκαις. τὸ γὰρ θαυμασιώτατον, ὅτι χωρὶς τῆς τῆς ἡδονῆς ἐπαγωγῆς δὲ δελεαστὸς αὐτὸς καθ' αὐτὸν ἔχουσεν ὁ νόμος· καὶ ὥσπερ ὁ Θεὸς διὰ πάντος τῆ κόσμου πιφοίτηκεν, ὥτως ὁ νόμος διὰ πάντων ἀνθρώπων βεβιάδικεν. αὐτὸς δὲ τις ἕκαστος τὴν πατρίδα καὶ τὸν οἶκον ἐπισκοπῶν τὸν αὐτῆ, τοῖς ὑπ' ἐμῷ λεγομένοις ἐκ ἀπιστήσει. χρὴ τοίνυν πάντων ἀνθρώπων καταγνῶναι πονηρίαν ἐθελέσσιον, εἰ τὰλλότρια καὶ Φαῦλα πρὸ τῶν οἰκείων καὶ καλῶν ζηλῶν ἐπιτεθυμήκασιν· ἢ παύσασθαι βασκαίνοντας ἡμῖν τῆς κατηγορήντας. ἔδδ' γὰρ ἐπιφθόνους τινὸς ἀντιποιόμεθα πράγματος, τὸν αὐτῶν τιμῶντες νομοθέτην, καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνου προφητευθεῖσι περὶ τῆ Θεῆ πεπιστυκότες. καὶ γὰρ εἰ μὴ συνίεμεν αὐτοὶ τῆς ἀρετῆς τῶν νόμων ἀπάντων, ὑπὸ τῆ πλῆθους γῆν τῶν ζηλόντων μέγα φρονεῖν ἐκ' αὐτοῖς προήχθημεν.

μ'. Ἀλλὰ γὰρ περὶ μὲν τῶν νόμων καὶ τῆς πολιτείας τὴν ἀκριβῆ πεποίημαι παράδοσιν ἐν τοῖς περὶ ἀρχαιολογίας μοι γραφεῖσι. νυνὶ δ' αὐτῶν ἐπεμνήσθην, ἐφ' ὅσοι ἦν ἀναγκαῖον, ὅτε τὰ τῶν ἄλλων ψέγειν, ὅτε τὰ παρ' ἡμῖν ἐγκωμιάζειν προθέμενος· ἀλλ' ἵνα τῆς περὶ ἡμῶν ἀδίκως γε γραφόμεναι ἐλέγξω, πρὸς αὐτὴν ἀναιδῶς τὴν ἀλήθειαν πεφιλοτακίωτας. καὶ εἴ μοι δοκῶ πεπληρωθῆαι διὰ τῆς γραφῆς ἱκανῶς ἃ προῦπεσχόμην. καὶ γὰρ ἀρχαιότητι προῦπαρχον ἐπέδειξα τὸ γένος, τῶν κατηγορῶν, ὅτι νεώτατόν ἐστιν, εἰρηκότων· καὶ γὰρ πολλὰς ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἐμνημονεύκοντας ἡμῶν ἀρχαίους παρέχομεν μάρτυρας, ἐκείνων, ὅτι μηδεὶς ἐστὶ, διαβεβαιωμένων. ἀλλὰ μὲν Αἰγυπτίους ἔφασαν ἡμῶν τῆς προγόνους· ἐδείχθησαν δ' εἰς Αἴγυπτον ἐλθόντες ἐτέρωθεν. διὰ δὲ λύμην σωμάτων αὐτὰς ἐκβληθῆναι

mi diei, quem otiosi traducimus, celebrandi consuetudo; et apud quam ieiunia, et lucernarum incensiones, et multa, quae nobis comedere nefas est, obseruentur. Conantur autem mutuam nostram imitari concordiam, et bonorum largitionem, et in artibus exercendis sedulitatem, et tolerantiam in tormentis, quae pro legibus nostris suslinemus. Etenim, quod est omnium maxime admirandum, citra voluptatis illecebram ipsa per se lex inualuit: ac sicuti Deus vniuersum mundum permeauit, ita lex vniuersos mortales peruasit. Quod si suam quisque patriam domumque considerauerit, his meis dictis non diffidet. Quo fit, vt aut condemnandi sint vniuersi mortales voluntariae prauitatis, si aliena, eademque vitiosa, ante domestica, eademque honesta, aemulari concupiuerint; aut inuidiae suae finem facere debeant accusatores nostri. Neque enim inuidiosum quiddam nobis vendicamus, dum nostrum legislatorem honoramus, et eius de Deo effatis credimus. Nam etiamsi legum omnium virtutem non intelligeremus: certe vel aemulantium multitudo fecisset, vt de eis nobis placetremus.

40. Verum de legibus quidem et rep. in meo Antiquitatum opere accurate tradidi. Nunc ea commemorauit, quantum erat necessarium, non quod aliena recensere, vel nostra collaudare mihi propositum esset: sed vt eos, qui de nobis inique scripserunt, quin cerem in ipsam veritatem impudenter inuectos fuisse. Et sane mihi videor scripto meo satis praestitisse promissa. Etenim in primis vetustum esse demonstrauit genus nostrum, quod accusatores recentissimum esse dixerant: et multos allegauit testes, qui antiquitatis nostrae in scriptis suis mentionem fecerunt, illis nullos esse affirmantibus. Cumque Aegyptios fuisse maiores nostros dixerint, demonstratum est, eos in Aegyptum aliunde venisse. Et cum ob corporum vitium eos eiectiones fuisse mentiti sint, planum factum est, eos

κατεψύσαντο. προαιρέσει καὶ περισσίᾳ ρώμης ἐφάνησαν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ὑποσρέψαντες γῆν. οἱ μὲν ὡς Φαυλότατον ἡμῶν τὸν νομοθέτην ἐλοιδορήσαν. τῷ δὲ τῆς ἀρετῆς πάλας μὲν ὁ Θεός, μετ' ἐκείνον δὲ μάρτυς ὁ χρόνος εὐρεται γεγενημένος.

μα'. Περὶ τῶν νόμων ἔκ ἐδέησε λόγος πλείονος. αὐτοὶ γὰρ ἐωράθησαν δι' αὐτῶν, ἐκ ἀσέβηαν μὲν, εὐσεβήαν δ' ἀληθεστάτην διδάσκοντες· ἢ δ' ἐπὶ μισανθρωπίαν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν τῶν ὄντων κοινωνίαν παρακαλῶντες, ἀδικίας ἐχθροί, δικαιοσύνης ἐπιμελεῖς, ἀργίαν καὶ πολυτέλειαν ἐξορίζοντες, αὐτάρκης καὶ φιλοπόνους εἶναι διδάσκοντες, πολέμων μὲν ἀπήργοντες εἰς πλεονεξίαν, ἀνδρείους δ' ὑπὲρ αὐτῶν εἶναι παρασκευάζοντες, ἀπαραίτητοι πρὸς τὰς τιμωρίας, ἀσόφιστοι λόγων παρασκευαῖς, τοῖς ἔργοις αἰεὶ βεβαιούμενοι. ταῦτα γὰρ αἰεὶ ἡμεῖς παρέχομεν τῶν γραμμάτων ἐναργέστερα. δι' ὅπερ ἐγὼ θαρσύνω αὐτὸν εἰποιμι, πλείων ἅμα καὶ καλλίστων ἡμᾶς εἰσηγητὰς τοῖς ἄλλοις γεγονέναι. τί γὰρ εὐσεβείας ἀπαραβάτης καλλίων; τί δὲ τῷ πενταρχεῖν τοῖς νόμοις δικαιότερον; ἢ τί συμφορώτεροι τῷ πρὸς ἀλλήλους ὁμονοεῖν, καὶ μὴτ' ἐν συμφοραῖς διίστασθαι, μὴτ' ἐν εὐτυχίαις τασιάζειν ἐξυβρίζοντας· ἀλλ' ἐν πολέμῳ μὲν θανάτου καταφρονεῖν, ἐν εἰρήνῃ δὲ τέχναις ἢ γεωργίαις προσσέχειν, πάντα δὲ καὶ πανταχῶ πεποιῶσαι τὸν Θεὸν ἐποπτεύοντα διέπιν; ταῦτ' εἰ μὲν παρ' ἑτέροις ἢ ἐγγραφὴ πρῶτον, ἢ ἐφυλάχθη βεβαιότερον, ἡμεῖς αὖ ἐκείνοις χάριν ὀφείλομεν, ὡς μαθηταὶ γεγονότες. εἰ δὲ καὶ χρώμενοι μάλιστα πάντων βλεπόμεθα, καὶ τὴν πρώτην εὐρεσιν αὐτῶν ἡμετέραν ἔσαν ἐπεδείξαμεν. Ἀπίωνες μὲν καὶ Μόλωνες, καὶ πάντες, ὅσοι τῷ ψεύδεσθαι καὶ λοιδορεῖν χαίρουσιν, ἐξελέγχθησαν. σοὶ δὲ, Ἐπαφρόδιτε, μάλιστα τὴν ἀλήθειαν ἀγαπῶντι, καὶ διὰ σε τοῖς ὁμοίως βελευσαμένοις περὶ τῷ γένει ἡμῶν εἰδέναι, τῷτό τε καὶ τὸ πρὸ αὐτῷ γεγραφθῶ βιβλίον.

et volentes et cum singulari robore patriam terram repetiisse. Et cum illi in legislatorem nostrum ceu vitiosissimum inuecti sint, compertum est, virtutis eius et olim Deum et post illum tempus exstitisse testem,

41. De legibus nihil opus fuit oratione longiore. Nam ipsas per se perspectum est, non impietatem, sed pietatem docere verissimam: neque ad hominum odium, sed ad facultatum communis incitare; iniustitiae inimicas, iustitiae curam gerentes; expultrices otii et luxus; et quae homines suis contentos et laboriosos esse doceant; et a bellis habendi cupidine gerendis auocent; et pro legibus fortes esse faciant; et in poenis irrogandis sint inexorabiles; et verborum eloquentia indeceptae, reipsa semper confirmantur. Ista enim nos semper exhibemus literis manifestiora. Itaque ausum equidem dicere, plurimorum simul et pulcherrimorum nos caeteris auctores exstitisse. Quid enim inuiolata pietate pulchrius? Quid iustius, quam parere legibus? Quid vtilius, quam mutuam fouere concordiam, et neque in calamitatibus diuelli, neque in rebus secundis fauere seditionibus: sed in bello mortem contemnere, in pace artibus et agriculturae operam nauare; et omnia et vbique ab arbitro Deo gubernari persuasum habere? Haec siquidem ab aliis vel primum scripta vel constantius fuissent seruata, nos illis, vt discipuli magistris, gratiam deberemus. Sin his nos maxime omnium vti cernimur, et eorum inuentionem primam nostram esse demonstrauimus, valeant refutati Apiones et Molones, et quicunque mentiri et conuiciari gaudent. Tibi vero, Epaphrodite, maxime veritatem amanti, et propter te iis, qui itidem genus nostrum cognoscere voluerint, et hic et superior liber scriptus esto.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

L. S.

Opus tam voluminosum, vel adcuratissimis et diligentissimis operis, sine villa labe atque omnibus immune maculis egredi humanae vires non patiuntur. Typi impuri aut nigro delituti, chartarum etiam plicaturae in causa maxime sunt, ut in charta praecipue nitidiori iota subscripta aut non dignoscantur facile, aut una binacue litterae haud sint expressae. Non raro legentis animus maxime attentus oculique acutiores desiderantur. Rectuli igitur et illa in mendorum seriem, quae in tuo forsitan exemplo recte scripta atque expressa fuerint.

TOMVS I.

In epistola dedicatoria pag. IV. versu 15. post *obtulisti* adde *accessus bene-*
ficiim.

pag. XVI. versu 9. lege *litterariam*.

In textu

- pag. 10. versu 25. lege *ivna*. p. 42. versu 7. lege *ελληνιστων*.
- 80. versu 1. lege *Δουμας*. p. 80. versu 12. lege *Αβραμ*.
- 83. versu 19. §phi 2. post *Labanus* adde *εβ*.
- 92. pro §. 4. lege §. 7. et pro §. 9. lege §. 4.
- 93. pro §. 8. lege §. 7. et pro §. 9. lege §. 8.
- 166. versu 30. lege *δικυοντες*. p. ead. pro §. 1. lege §. 2.
- ead. versu ult. lege *ιουρον*.
- 167. versu 1. post *utilitatem* et *damna* pone comma.
- ead. pro §. 10. lege §. 9. p. 172. versu 13. §. 3. lege *υιου*.
- 176. versu 2. lege *φουαντος*.
- 189. versu 3. §phi 6. post *vero* pone comma.
- 204. versu ult. lege *εδαιν*. p. 208. versu 8. lege *και*.
- 218. versu 10. lege *τουτοις*. p. 256. versu 1. lege *κα*.
- 260. versu 1. lege *απορευμενοις*. p. 262. versu 11. §phi 7. *εταρον*.
- 264. versu 12. κεφ. 5. lege *ου*. p. 266. versu 8. lege *εχρησι*.
- 266. versu ult. lege *ιν*. p. 273. versu 10. post *ninosa* dele comma.
- 284. pro §. 7. lege §. 6. p. 285. pro §. 7. lege §. 6.
- 287. versu 4. pone comma pro *puncto*. p. 288. versu 21. lege *ισσηνη*.
- 316. κεφ. 12. §phi 1. versu ult. lege *ειυδρ.σαντων*.
- 328. versu 11. §phi 3. lege *εχοντες*. p. 366. versu 9. §phi 3. lege *δαιον*.
- 370. κεφ. 5. versu 1. lege *ου*. p. 374. versu 12. lege *προτερον*.
- 396. versu 20. §phi 3. lege *ιν*. p. 399. versu 18. dele *sed*.
- 406. versu 8. §phi 17. lege *ισχον*.
- 428. versu 5. §phi 17. lege *βοταγμα*.
- 463. versu 25. lege *Eleazarum*. p. 485. versu penult. lege *ad*.
- 488. versu 12. lege *αλλα*. p. ead. versu 17. lege *εφεσμιτιδος*.
- 494. pro §. 12. lege §. 13. p. 497. versu ult. lege *qui*.
- 546. versu 15. §phi 7. lege *προς* pro *προς*.
- 580. versu 4. §phi 3. lege *ου*.
- 606. versu 7. §phi 5. lege *δυναστες*. p. 622. versu 21. lege *δμης*.
- 628. versu 17. §phi 1. lege *ταουτοις*. p. 678. versu 9. §phi 3. lege *οδω*.
- 680. versu 22. lege *εγκαταλειμμενον*.
- 716. versu 2 et 3. lege *ικανος* pro *ικανος*.
- 749. versu 16. lege *respondet*.
- 789. 2. versu §phi 5. lege *sciscitantique*.
- 814. versu 12. lege *απιδανε*. p. 836. versu 10. lege *εμπρασαν*.
- 841. versu 14. §phi 3. lege *inde*. p. 952. versu 1 et 2. lege *οδω*.
- 1018. versu 7. lege *ημεραν*. p. 1025. versu 13. lege *forte*.
- 1085. versu 1. lege *inertis*. p. 1135. versu 31. lege *terram*.
- 1170. versu 5. κεφ. 11. lege *λογων οτις*. p. 1188. versu 18. lege *δαιμονη*.

TOMVS II.

In textu

- pag. 2. versu 15. lege *ισμεν*. p. ead. versu 2. *§phi β*, lege *δ τυς*.
 - 6. versu 7. lege *iva*. p. 99. versu 35. lege *postularunt*; —
 - 223. versu 2. *§phi 6*. lege *vestrem*. p. 237. versu 13. lege *ita* pro *isagm*.
 - 239. versu 9. lege *ut* pro *ur*. p. 333. versu 3. *§phi 6*. lege *καθυσ*.
 - 343. versu 3. cap. XIV. lege *mercenariorum*. p. 351. versu 3. lege *nullum*.
 - 414. versu vlt. lege *απατα· αυ-*
 - 450. versu 1. *§phi ζ*. lege *απαρτατος*.
 - 573. versu 31. lege *prehendi*. p. 602. versu 3. *§phi ε*. lege *τη τα*.
 - 602. versu 3 et 4. lege *οικοδομημασιν*. p. 627. versu 36. lege *meridionali*.
 - 682. versu 13. post *γραφη* pone punctum.
 - 690. pro 590. post paginam 689. scribe.
 - 719. versu 2. *§phi 4*. lege *Alexandrii*. p. 737. lege *§. 6.* pro *§. 5.*
 - 738 et 739. *§§*phorum numeri sunt mutandi.
 - 778. versu 8 et 9. lege *χρησται*. p. 783. versu 18. lege *omnis*.
 - 796. versu 20. lege *δοξαν*. p. 899. versu 7. cap. VI. lege *occisabas*.
 - 904. versu 12. *§phi δ*. lege *ευχαιμενον*.

TOMVS III.

- pag. 5. versu 3. post *perfecissem* pone comma. p. 36. pro *§. ης*. lege *πε*.
 - 36. versu 18. lege *προδιδοναι*. p. 44. versu 18 et 19. *§phi αβ*. lege *ήμερας*.
 - 44. versu 19 et 20. *§phi αβ*. lege *στρατιωτικον*.
 - 83. versu 10. lege *carpitum*. p. 132. versu 3. *§phi ε*. lege *αλωμενοι*.
 - 151. vlt. cap. III. post *populus* dele comma. p. 262. versu vlt. lege *ως το*.
 - 388. versu 8. *§phi γ*. lege *εξαν* pro *εξαν*. p. 433. versu 34. lege *perdis*.
 - 504. versu 1 et 2. lege *οικας*. p. 626. versu 12. κεφ. η. lege *εχεται*.
 - 651. versu 10. cap. X. lege *rescuiatunt*.
 - 652. versu 17. *§phi β*. lege *θανατον*. p. 661. versu 23. lege *fecat*.
 - 768. versu penult. lege *των φαρμακων*. p. 780. versu vlt. lege *ομνυσι*.
 - 962. versu 22 et 23. lege *μενηγο*. p. 982. versu 5. lege *λυσαντες*.
 - 1012. versu 11. lege *ομνος*.
 - 1024. versu 23 et 24. *§phi δ*. lege *ανυμμεξαν*.
 - 1056. versu 10. lege *ουκ· επ*. p. 1076. versu 1. lege *δενη*.
 - 1184. versu 22. 23. lege *βουλομεναις*.
 - 1202. versu 11. lege *Σιθων τον και Ραμνεσσην*.
 - 1235. versu vlt. lege *solum*, *si*.
 - 1245. pro *§. 8.* lege *§. 9.* et sic vltcrius mutandi sunt *§§*phorum numeri.
 - 1266. versu 10. lege *τη γραμμη*.
 - 1342. versu 1. in *§. ιε*. lege *και συνιβιν*.

Haec fere sunt, beneuole lector, quae celeribus oculis pernolutanti mihi, plurimis distraho negotiis, vltro obuia inciderunt. Emenda et corrige, si quae alia minus recta inueneris. Quod ad Apparatum Flauianum et Commentarium, quem promisi: aliquid illius propediem exspecta, laborique meo faueas rogo.

DR. FRANCISCVS OBERTHÜR.